VITT. EMANUELE

8
34 H
20
ROMA
VITT. EMANUELE

M

Google

Digitized by Google

QVÆSTIONES DE VERBO INCARNATO

EX

Prælectionibus

P. JOANNIS MORAWSKI

SOCIETATIS JESU.

POLONI

OLIM DISPUTATÆ

IN COLLEGIO POSNANIENSI

EJUSDEM SOCIETATIS

EDITIO SECUNDA

CRACOVIÆ

Anno 1685.

Superiorum permiſſu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

PERILLUSTRI
Et Reverendiſſimo Domino
D. STANISLAO
CIENSKI
Eccleſiæ Metropolitanæ Gneſnenſis Prælato Cantori Canonico Cracovienſi,
Domino & Patrono Faventiſſimo.

SEcundam intueri lucem Tuo ſub Nomine ambit libellus hic, mole exiguus, materiæ Majeſtate auguſtus, Perilluſtris & Reverendiſſime Domine. Ambit, inquam; ut & Dignitatem veneretur Tuam, quærendo patrocinium, & animū teſtetur meum, Tuis gratijs devinctiſſimum affectûs implēdo debitum. Certè addictiſſimam Tibi ex ātiquo mentem facundiùs loqui non poteram, quàm VERBO Incarnato, & dilatam hactenus promptitudinis meæ teſſeram, nemo declararet feliciùs, quàm apparens in Carne DEUS. Tarditatis argui non poſsū, quòd ſparſæ in publicum Lucubrationes meæ,

hactenus Tuis ſub auſpicijs prodire diſtulerint, quem inter Primos Patronum habere debuerant: excuſat me, intra rectè factorum Conſcientiam, latendi avida Modeſtia Tua, quæ ab omni Ambitûs ſpecie aliena, qualemcunq; hanc à quæſito opellis meis patrocinio lucem, tādiu declinare viſa, donec repudiatum hactenus venerationis meæ debitum ut reciperet, iteratis precibus pœnè cogeretur. Et certè Labori meo, poſtquam à Scholaſticis curis receptui cecini, nullibi ſecurior ſtatio, quàm in Illuſtriſſima Domo Tua, in qua Sacratiores præſertim Muſæ fidiſſimam reperêre Patriam, & emenſo alibi Sudorum Pelago littus amicum. Sed nolim ego literarum Amorem commune Magnis Mentibus decus in Te memorare, dum præſto ſunt ſingulares Animi dotes, rara alijs, Tibi propria Bona, quæ, me etiam tacente, Orbi Te fecerunt memorandum. Ingentia Tua in Eccleſiam merita, quid hujus pagellæ anguſtijs crederem, quæ exſors Oblivionis Virt⁹, vocali ad Poſteros Famâ, perēnibus inſcribit Faſtis? præſertim cum vetet me hîc Tui Encomiaſten agere, & propria facundiæ tenuitas, & Tua laudum aſpernatrix Modeſtia, ad cujus leges ex Amuſſi compoſitus facere potiùs laudanda præeligis,

præeligis, quàm laudari. Igitur felicioribus ingenijs Tuæ decoro narrãda cedo præconia; ego, quod meum eſſe cenſui, votis ad Aram ſupplicibus, diuriſſimam & novis ſemper meritis Honoribusq; cumulatiſſimam apprecor vitam.

Perilluſtris & Reverendiſſimæ

Dominationis Tuæ

Addictiſſimus Honori

Joannes Morawſki

Societatis IESV.

Index

Digitized by Google

DE VERBO INCARNATO.

Quæſtio I. de Cognoſcibilitate, Convenientia, & Neceſſitate Incarnationis.

Articulus 1. Utrùm Incarnatio poſſit naturæ viribus, ab intellectu creato cognoſci evidēter?

Art: 2. Utrùm conveniens fuerit DEUM *Incarnari?*

Art. 3. Utrùm DEUS *aliquâ neceſſitate neceſſitetur ad optimū? cōſequēter ad Incarnationē?*

Art: 4. Utrùm ex ſuppoſitione elevationis hominum fuerit ex natura rei neceſſaria Incarnatio?

Art: 5. Utrùm DEUS *æquè honeſtè operatus fuiſſet, ſi elegiſſet Negationem Incarnationis?*

Quæſtio 2. de Fine Incarnationis.

Art: 1. Utrùm peccatū mortale ſub aliquo conceptu ſit ſimpliciter infinitum?

Art: 2. Utrùm pura creatura poſſit ſatisfacere ad æqualitatem pro offenſa DEI *mortali?*

Art: 3. Utrùm pura creatura poſſit mereri de cōndigno remiſſionem peccati mortalis?

Art: 4. Utrùm valor Satisfactionis & meritorum Chriſti ſit ſimpliciter infinitus?

Art: 5. Utrùm Satisfactio Chriſti fuerit ſecūdùm rigorem Iuſtitiæ?

Quæſtio 3. de Decreto Incarnationis.

Art: 1. Utrùm decreta ſit Incarnatio propter remedium peccati tanquam propter finem adæquatum?

Art: 2.

Digitized by Google

Art: 2. Utrùm ex vi præſentis Decreti Chriſtus veniſſet, ſi Adam non peccaſſet?

Art: 3. Utrùm Decretum de Incarnatione ſit prius Decreto de alijs rebus contingentibus?

Quæſtio 4. de Unione Hypoſtatica ejusq́; extremis.

Art: 1. Utrùm Unio Hypoſtatica ſit Entitas Modalis Subſtantialis?

Art: 2. Utrùm hujus Unionis extremũ Aſſumptũ ſit ſola Natura humana integra; Extremũ verò Aſſumẽs ſit ſola Perſona Verbi?

Art: 3. Utrùm Unio Hypoſtatica ſit forma ſãctificans?

Quæſtio 5. de Sanctitate Chriſti.

Art: 1. Utrùm humanitas Chriſti ſãctificetur formaliter ſanctitate Verbi Relativâ?

Ar: 2. Utrùm ſanctificetur ſimpliciter infinitè?

Art: 3. Utrùm reddatur phyſicè impeccabilis tàm in ſenſu compoſito, quàm in ſenſu diviſo unionis?

Quæſtio 6, de ijs quæ ſpectant ad Intellectum & Voluntatem Chriſti.

Ar: 1. Utrũ detur multiplex Sciẽtia in Chriſto?

A: 2. Utrùm Chriſt⁹ fuerit liber ad moriẽdũ?

Art: 3. Utrùm Chriſtus fuerit liber ad actus inæquales?

Art: 4. Utrùm Chriſtus ſibi meruerit gloriam corporis & nominis exaltationẽ, alijs verò omnibus creaturis rationalibus omnia dona gratiæ & gloriæ?

QVÆSTIO

Digitized by Google

Digitized by Google

Quæſtio I.

De Cognoſcibilitate, Convenientia, & Neceſſitate Incarnationis.

QUÆRETUR *Primò*. Utrùm Incarnatio poſſit ab intellectu creato naturæ viribus cognoſci evidenter? *Secundò*. Utrùm Conveniẽs fuerit DEUM Incarnari? *Tertiò*. Utrùm neceſſe fuerit ſaltem moraliter DEUM incarnari? *Quartò*. Utrum ſaltem ex ſuppoſitione ordinis ſupernaturalis neceſſaria fuerit ex natura rei Incarnatio? *Quintò*. Utrùm æquè convenienter moraliter DEUS operatus fuiſſet, ſi elegiſſet negationem Incarnationis?

Articulus I,

Vtrùm Incarnatio poſſit naturæ viribus cognoſci evidenter ab intellectu creato?

VIdetur quòd ſic, ut aſſerit Raymundus Lullus. I. Quia poteſt Angelus lumine naturæ evidenter ſolvere omnia argumenta, utpotè fallacia, quæcunq; contra poſſibilitatem Incarnationis fieri poſſunt. Ergò poteſt evidenter iudicare, non implicare,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

plicare, ſeu poſſibilem eſſe Incarnationē. Siquidem poſſibilitas rei evidenter oſtenditur per evidentem ſolutionem omniū objectionum.

II. Angelus naturaliter cognoſcendo comprehenſivè naturam humanam, videt clarè omnia prædicata realiter adæquatè identificata naturæ humanæ, conſequenter videt aſſumptibilitatem ejus à VERBO, utpotè realiter adæquatè idētificatam naturæ humanæ. Ergò ulteriùs videt clarè poſſibilem eſſe Incarnationem.

III. Angelus ſuæ naturæ relictus, vidēdo Humanitatem à VERBO aſſumptam, non videbat in illa ſubſiſtētîam creatam, imò videbat clarè carentiā ſubſiſtētiæ creatæ in illa humanitate. hæc enim carentia non eſt altioris ordinis, quàm terminus illius, ac proinde non excedit notitiam evidentem Angeli, ſicut eam non excedit ſubſiſtētia naturalis humana. Cognoſcebat ergò Angelus in humanitate aſſumpta carentiam propriæ ſubſiſtentiæ. Ex alia ex alia parte evidenter ſciebat, quamlibet ſubſiſtētiam creatam, utpotè eſſentialiter modalem eſſe affixam eſſentialiter ſuæ naturæ, nec transferibilem ad naturam alienam terminandam. Sciebat etiam evidēter illam humanitatem, non carere omni

Digitized by Google

ſubſiſtẽtiâ, quia hoc implicare demonſtratur in Metaphyſica. Ergò evidenter inferebat humanitatem illam ſubſiſtere, per ſubſiſtentiam Divinam, in quo conſiſtit Myſterium Incarnationis.

RESPONDETUR. *Ad evidentiam Quæſtionis ſciendum eſt, cognitionem evidentem aliã eſſe purè Quidditativam, aliam Intuitivam, aliam Abſtractivam.* Purè Quidditativa *eſt, quæ præcisè repræſentat clarè eſſentiam, ſeu Quidditatem rei, ſivè in ſe ipſa, ſivè in cauſa eminenter continente rem.* Intuitiva *inſuper repræſentat rem, ut exiſtentem pro aliqua differentia temporis: ita, ut poſſit haberi eadem cognitio, tunc, cùm res de præſenti exiſtit; per quod differt hæc cognitio à reminiſcentia evidẽti præteritorum.* Abſtractiva *cognitio evidẽs aliquando eſt immediata; & tunc coincidit cum purè Quidditativa, diciturq; Abſtractiva, per Oppoſitionem ad Intuitivam, quatenùs ſcilicet abſtrahit ab exiſtentia ſui obiecti. Aliquando vero eſt Mediata, eſtq; illa, quæ infertur ex aliquo medio; ut cùm evidenter cognoſcitur effectus per cauſam, vel cauſa per effectum. Hoc poſito. Noſtra.*


ASSERTIO eſt, *Unio hypoſtatica, & conſequenter Incarnatio includens ipſam, naturali lumine nequit cognoſci evidenter ab ullo in-*

tellectu creato, ſivè intuitivè, hoc eſt ut exiſtẽs; ſivè purè quidditativè, hoc eſt ut poſſibilis; ſivè immediatè, ſivè mediatè: & ideò dicitur ab Apoſtolo 1. Cor: 2, *Sapientia in Myſterio abſcondita.* & Eph: 3. *Sacramentum abſconditum à ſeculis, & inveſtigabiles divitiæ Chriſti.* Hæc aſſertio probatur fusè à Ripalda Diſp: 10. & 11. de Ente ſupern: ex conceptu Entis intrinſecè ſupernatũralis, quòd ſicut elevatur ſupra vim activam Phyſicã totius naturæ; ita etiam excedit omnem vim cognoſcitivam evidentem eiusdem.

Ego, ut probem ſpecialiter hanc Aſſertionem, aliqua præmitto, & repeto ex dictis tùm in Quæſtionib⁹ Selectis in 1. par. qu: 1. tùm Diſp: 2. de Deo q: 5.

Præmitto I. & repeto, inter Naturã Divinam, ut eſt à parte rei, & inter Perſonas, dari realẽ in tertio prædicato diſtinctionem quandam mediatam, conjunctã cum ſumma reali immediata ejusdem Naturæ Divinæ cum Perſonis identitate; quæ identitas realis eſt qvidem adæquatiſſima intenſivè, ſed inadæquata extenſivè, quatenùs videlicet natura Divina à parte rei tantùm quidem realiter identificatur v. g. Patri, quantum ſibi ipſi, (quæ eſt adæquata intenſivè identitas,) non tamen omnia prædica-

prædicata ſua communicat per identitatẽ realem Patri, v. g. Filiationem, quæ proinde Filiatio eſt tertium illud prædicatũ; in quo natura Divina ut eſt à parte rei ſpectata, realiter diſtinguitur à Patre. Quæ omnia apparent in hoc Schemate.



Hac de cauſa, Deitas à S. Thoma in Officio de Corpore Chriſti dicitur Trina, nẽpè mediatè & ratione Perſonarum, non in ſe & immediatè, ſic enim Deitas eſt

Digitized by Google

ſummè una: *Te Trina Deitas, unaq́; poſcimus.* Et ne dicatur, hoc minus fidei conſonans, ſcriptum eſſe à S. Thoma, & ab Eccleſia recitari, propter metrum pòéticū; en S. Auguſtinus cap: 30. medit: extra metrum ita compellat Deitatem: *O una Trinitas, o Trina unitas.* Et S. Petr: Chryſolog: Ser. 83. poſt med: explicāns illud: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit,* quid de Trinitate credendum ſit, ita exponit: *Qui crediderit, quia Trinitas* DEus *unus eſt; quia Deitas Trinitate diviſa eſt, (id eſt diſtincta) non eſt unitate confuſa, ſed Deitate una eſt, eſt trina perſonis.*

Neq́; tamen hinc in ullo ſēſu ſequitur, quod Quidam nobis objciunt, dari tres DEos, aut tres Deitates, etiam mediatè. Hoc enim argumentum: *Deitas diſtingvitur realiter mediatè à Patre in Filio, en unus* DEus; *Deitas diſtinguitur realiter mediatè à Filio in Patre; en ſecundus* DEus: *Deitas diſtinguitur mediatè à Patre & Filio in Spiritu Sancto, en tertius* DEus. Hoc inquam argumentum ſimile eſt huic: *Homo diſtinguitur realiter ab Anima in Corpore; en unus homo: Homo diſtinguitur realiter à Corpore in Anima; en ſecundus homo: Homo diſtinguitur realiter ab Anima & Corpore in Unione*

modali

modali; en tertius homo. Vel certè illud argumentum eſt huic ſimile: *Anima rationalis ut eſt in manu, realiter diſtinguitur ratione manûs ab Anima ut eſt in capite; en una Anima. Anima ut eſt in capite, ratione capitis diſtinguitur realiter ab Anima, ut eſt in manu: en ſecunda Anima: Anima ut eſt in oculo, ratione oculi diſtinguitur realiter ab Anima ut eſt in manu & in capite; en tertia Anima.* Sicut ergò hæc duo argumēta non convincunt, ita nec illud primum. Ratio à priori eſt, quia Diſtinctio realis Includētis ab Incluſo (uti ſe res habet in omnibus allatis exēplis,) importat quidem alietatem inadæquatam includentis ab incluſo, ratione alterius incluſi tāquam ratione tertij, nec non alietatem realem adæquatam incluſorum inter ſe, non tamen importat aliud & aliud etiam mediatè Includens, ut oſtēdit inductio. Vide rationes undecim, quibus hanc diſtinctionem realem in tertio in divinis probo in Quæſt: Selectis ad 1. p. tota qu: 1. Vide etiam alia, quæ de eadem diſtinctione dixi Diſput: 2. de Deo, tota qu: 5.

Si autem dicatur: in Trinitate dari quidem diſtinctionem in tertio realem, non tamen ita, ut à tali diſtinctione Deitas de-

nominetur eſſe diſtincta. Reſpondeo, iam toties in locis ſupra indicatis dixi, quod ab hac diſtinctione, Deitas in ſe, ratione ſui, & immediatè nullo modo denominatur diſtincta realiter: (abſit, ut hoc aliquando nobis in mentem venerit,) cùm iſta diſtinctio, non ſit etiam immediata: ſed cum hæc diſtinctio ſit mediata & ratione tertij prædicati, cumq́; nullibi in divinis poni poſſit, niſi inter Deitatem ut hæc à parte rei Paternitatem, Filiationem & ſpirationem paſſivam includit, & inter v. g. Paternitatem, ut patet; debet ſic ſumptam Deitatem, denominare à Paternitate diſtinctam mediatè & ratione alterius, nempè ratione Filiationis: quandoquidē Diſtinctio nō ſecus ac Unitas, cùm ſit prædicatum Tranſcendentale non verò accidentale, utiq́; debet ſua extrema denominare diſtincta in ea ratione in qua eſt ipſa diſtinctio, ut patet ex Metaphyſica.

Præmitto ſecundò & repeto: Hanc explicatam realem in tertio diſtinctionem eſſe formaliter ipſam diſtinctionem virtualem intrinſecam in ordine ad contradictoria phyſica, ut dixi in illa Diſp: 2, de Deo qu: 5. Nempè omnis diſtinctio verificans

ficans duo contradictoria phyſica de duabus formalitatibus ſecum realiter identificatis, v. g. de Deitate & de Patre, eſt diſtinctio virtualis; verificatio autem contradictoriorū de duabus formalitatibus, hoc ipſo eſt duarum formalitatū realis in in tertio prædicato diſcrepantia, v. g. in prædicato Generantis, quod realiter affirmatur de una formalitate, & realiter negatur de altera, ut oſtēdit hoc Schema.



Præmitto tertiò & repeto, Prædicata Contradictoria phyſica, quæ verificantur de Perſona & de Deitate ut eſt à parte rei,

(non loquor de Deitate ut præciſa â Perſonis, in quo ſtatu præciſionis nō niſi prædicata contradictoria ſecundo intentionalia dicuntur de Deitate & Perſonis, idqué propter ſolam diſtinctionē rationis,) optimè ſalvantur beneficio realis in tertio diſtinctionis, ſeu virtualis intrinſecæ modò explicatæ; quandoquidem etiam in creatis de diſtinctis realiter in tertio ſeu inadæquatè, v. g. de Homine & de Anima, verificantur contradictoria phyſica prædicata etiam immediata, dicendo, *Homo moritur immediatè, Anima non moritur immediatè.* Quod ipſum oſtendo in illa Diſp: 2. de DEO qu: 5.

Huic doctrinæ opponit ſe Franciſcus Bonæ Spei Carmelita Tract: 1. de DEO uno Diſ: 3. dubio 1. Reſol: 3. ubi num: 47. diſertè admittit diſtinctionem realem in tertio inter Deitatē & Relationes ad intra: Cæterum num: 44. dicit contradictoria phyſica non ſalvari de his extremis per diſtinctionem virtualem Thomiſticā, aut per formalem ex natura rei Scotiſticā, *quia hæ diſtinctiones tollunt ſumam* DEI *ſimplicitatem*, neq; etiam ſalvari per diſtinctionem realem in tertio, *quia hæc difficultatē myſterij multum auget:* potiùs ergò dicit huiuſmo-

iuſmodi contradictoria ſalvari per ineffabilitatem myſterij. Sed

Contra eſt Imo, quia cum diſtingui realiter Deitatem â Patre in Filio tanquam in tertio prædicato, ſit ipſiſſima Unitas & Identitas Deitatis, coniuncta cum diſtinctione reali Perſonarum, ut demonſtrant Schemata modò propoſita, hocq; ipſum ſit myſteriũ Trinitatis; immerito dicitur, quod iſta diſtinctio augeat difficultatem myſterij Trinitatis. Contra eſt ſecundò, quia ineffebilitas myſterij Trinitatis non poteſt deſtruere hoc principium lumine naturæ notum: *Idem non importans ullam diſtinctionem realem etiam in tertio, vel aliquomodo inadæquatam, non poteſt eſſe phyſicè tale, & non eſſe phyſicè tale*, hoc enim eſt eſſe chimeram: aliàs ineffabilitas myſterij faceret myſterium Trinitatis chimericum, aut contra, non ſupra lumen rationis. Ergò ſola ineffabilitas myſterij non poteſt ſalvare hæc contradictoria: Pater realiter generat, Deitas non generat realiter.

Hinc etiam refutatur, quod dicit hic Author num: 45, *in divinis perire omnino omnem viam ad probandum eſſe aliqua realiter diſtincta, quæ fides docet eſſe eadem realiter.* Et num: 49. concedit, quod *ſi in Biblijs canonicis*

nicis virtualiter contineretur; quod DEUS *intelligit & non intelligit,* DEUS *eſt magnus & non eſt magnus, tunc eadem eſſet ratio has propoſitiones admittendi, atque has Pater generat;* DEUS *non generat.* Contra enim eſt, quia fides in Biblijs Canonicis non poteſt iſtas propoſitiones nugatorias proponere, DEUS eſt magnus & non eſt magnus, eſt ſtultus & non eſt ſtultus; idq; ideo, quia impoſſibile eſt idem eſſe & non eſſe. Ergò etiam non poteſt has propoſitiones revelare, Pater generat, Deitas non generat; ſi inter Patrem & Deitatem ut eſt à parte rei, non intercederet diſtinctio realis in tertio prædicato, ſeu inadæquata purè extenſivè; & oppoſitum dicere eſt fidē Trinitatis exponere deriſioni infidelium, ut meritò dixit Qvidam Antiquus ex Schola Nominalium Theologus. Porro hoc inconveniens nos evitamus, qui admittimus omnino prima principia metaphyſica in eo ſenſu, in quo explicantur etiam in creatis. Cum enim Catholicis obijciunt Ariani: *Impoſſibile eſt idem eſſe & non eſſe, Ergò impoſſibile eſt Patrem generare & eſſentiam non generare, ſi idem eſt Pater & eſſentia:* Reſpondemus impoſſibile eſt idem eſſe & non eſſe, ſi idem non importet diſtinctionem

nem realem in tertio prædicato, ſeu aliquomodo inadæquatam; quam tamen importat Pater & Eſſentia. Dum etiam objiciunt ijdem Ariani: *Quæ ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe: Sed Pater & Filius ſunt idem cum Eſſentia: Ergò ſunt idem inter ſe.* Reſpondemus Quæ ſunt eadem uni tertio adæquatè, eſſe eadem inter ſe; ſecus ſi duo non ſint adæquatè ſaltem extenſivè eadem cum uno tertio, quo pacto comparatur Deitas tanquam unum tertium cum Patre & Filio. Et hoc modo ſolvit fallacias Arianorum Suarez lib: 4. de Trin. c: 3. n: 5. Vaſq. in 1. p. diſp: 122. c: 2. Koning diſp: 4. de Trin: dubio 9. ſect: 1. num: 28. & alij communiter. Hinc iuxta nos fides Trinitatis non eſt contra lumen rationis: eſt tamen ſupra lumen rationis: quia hoc difficile & obſcurum eſt, quomodo Deitas ſummè intenſivè identificetur Patri, â quo diſtinguitur inadæquatè purè extenſivè ratione Filij, tanquam ratione tertij prædicati: Verùm hæc difficultas, aliquo modo facilitatur intellectui per fidem diſpoſito, conſideranti infinitatem Deitatis, ratione cuius tanti valet ipſa præciſa â Filio, quanti valet ſumpta cum Filio, adeoqué ſe tantundem communicat ſibi, quā-
tum

tum Patri, quamvis Patri non communicet aliquod ſuum prædicatum, quod non ſit perfectio ſimpliciter ſimplex, nempe Filiationem.

Itaque non ſubſiſtit, cum dicunt aliqui, ſolam fidem ſufficere ad hoc; ut dicatur *Pater generans, Deitas non generans*. Fateor enim, ad hoc quidem credendum pro fidelibus ſolam fidem ſufficere, non tamen ad hoc ipſum theologicè declarãdum, ſeu pro Theologis diſputãtib' cum infidelib'. Theologia enim præter præmiſſã fidei, aſſumit etiam præmiſsã evidentem aut probabilẽ, & ad Theologũ ſpectat declarare fidẽ Trinitatis non eſſe chimericam, ſolvẽdo calumnias infidelium. Porro niſi Theolog' recurrat ad aliquã diſtinctionẽ inter Deitatem & inter Patrem, non video, quomodo reſpondebit Ariano ita arguenti: *Impoſſibile eſt idem eſſe & non eſſe: Ergò impoſſibile eſt idem eſſe generans & non eſſe generans: ac proinde fides hoc docens, eſt chimerica.* Nos autem hanc calumniam diluimus iuxta nuper dicta, recurrendo ad aliquam diſtinctionem inter Deitatem & Patrem: ſine qua diſtinctione ſi ſola fides ſufficeret ad declarandum myſterium Trinitatis, etiam ad declarandum myſterium

Unionis

Digitized by Google

Unionis Hypoſtaticæ, ſine entitate modali ſufficeret ſola fides, & ſic de cæteris myſterijs.

His præmiſſis ita probo Aſſertionem. Difficultas myſterij Incarnationis includit realem in tertio diſtinctionem Naturæ Divinæ à Perſona Verbi: Sed huiuſmodi diſtinctio nullo modo evidenter poteſt cognoſci lumine naturæ, tam immediatè, quàm mediatè: Ergò nec Myſterium Incarnationis. Minor patet ex eo, quia in diſtinctione reali in tertio, diverſo modo continetur illud principium lumine naturæ notum, & fundativum naturalis diſcurſûs; *Quæ ſunt eadem uni tertio, ſunt eadẽ inter ſe.* Maior etiam probatur, quia difficultas præcipua huius Myſterij in hoc cõſiſtit, quòd Perſona VERBI humanam naturam terminet & compleat in ratione ſuppoſiti, id autem nõ præſtet Natura Divina realiter identificata Perſonæ VERBI: Atqui hæc verificatio contradictoriorum Phyſicorum involvit realem naturæ Divinæ à VERBO diſtinctionem in tertio, quatenùs natura Divina identificatur Patri & Spiritui Sancto, in quibus duabus Perſonis tãquàm in tertio prædicato, Natura Divina diſtinguitur realiter à VER-

BO;

BO; quod ipſum probavi univerſaliter in principijs Philoſophicis Diſp: 3. q: 1. ubi oſtendi omnia prædicata contradictoria Phyſica invehere in objectum, de quô verificantur, ſaltem realem in tertio diſtinctionem, & iterum hoc probavi diſ: 2. de DEO q: 5. & in qq. Selectis ad 1. par. qu: 1. Ergò difficultas Incarnationis importat realem in tertio diſtinctionem, ac proinde eſt incognoſcibilis evidẽter ab omni intellectu creato.

Ad 1. Intellectus creatus ſuæ naturæ relictus, non poteſt *ita* evidenter ſolvere argumenta contra Incarnationem, ut evidenter oſtendat eſſe falſa; ſed tantùm ita, ut evidenter oſtendat, non eſſe demonſtrativa. Hinc autem inferret quidem probabiliter non implicare Incarnationem, non tamen evidenter hoc inferret, ſed tãtùm evidenter inferret non apparere implicantiam Incarnationis; quæ duo ſunt diverſa & ſeparabilia; quia poteſt aliquid apparere non implicans, & tamen revera implicare.

Ad 2. Comprehenſo obiecto per comprehenſionem naturalem, non eſt opus clarè & diſtinctè cognoſcere prædicata relativa adæquatè identificata illi obiecto impor-

importantia ordinem ad terminos intrinſecè ſupernaturales: hoc enim ſpectat ad comprehenſionem objecti ſupernaturalē. Porrò aſſumptibilitas naturæ humanæ à VERBO eſt prædicatum relativum ad unionem hypoſtaticam intrinſecè ſupernaturalem; ac proinde ſatis eſt, ut confusè cognoſcatur ab Angelo naturaliter comprehendente naturam humanam.

Ad 3. P. Aldrete Diſ. 38. de Incarn. S. 6. dicit: Carentiam ſubſiſtentiæ propriæ in humanitate Chriſti eſſe naturaliter incognoſcilem ab intellectu creato, idque ideò quia in ſententia ipſius, talis carentia formaliter importat Decretum DEI excluſivum ſubſiſtētiæ humanæ in Chriſto, quod Decretum eſt Secretum DEI. Sed contra eſt; quia ſunt quædam Decreta DEI ſpectantia ad ordinem naturalem, quæ naturaliter à nobis cognoſcuntur evidenter, poſitiva quidem viſis effectibus illorum, negativa verò non viſis illorū terminis, qui tamen hîc & nunc videri deberent; & ita viſo Sole natúraraliter inferimus evidenter quòd DEus velit Solem, & non viſâ luce in aëre, dum Sol eſt ſuper horizontem, inferimus evidenter, quòd tunc DEus nolit lucem. Cur ergò etiam Angelus

non videndo in humanitate Chriſti ſubſiſtentiam humanam, quam tamen videre deberet, cur inquam naturali lumine non inferet evidẽter, dari Decretum Dei excluſivum illius ſubſiſtentiæ, & ſic evidenter cognoſcet Carẽtiam humanæ ſubſiſtentiæ, in Chriſto? Potiùs ergò concedo ab Angelo naturaliter videri in humanitate Chriſti Carentiam propriæ ſubſiſtentiæ; quia tamen Angelus vel non cognoſcit evidenter, an Divinitùs nequeat natura exiſtere ſine omni ſubſiſtentia; vel non cognoſcit evidenter impoſſibilem eſſe ſubſiſtentiam creatam non modalem, quæ terminet alienam naturam, quamvis ſit occultata Angelo, ita ſicut eidem occultantur ſecreta cordis, (utrumq; enim implicare ſolùm probabiliter docetur in Metaphyſica;) ideò adhuc naturali lumine non cognoſcit Angelus evidenter naturam humanã Chriſti, ſubſiſtere per ſubſiſtentiam Divinam, ſed tantùm hoc opinativè infert.

Articulus II,

Vtrùm conveniens fuerit Deum Incarnari?

Videtur quòd non I. Quia per Incarnationem

tionem DEUS mutatur intrinſecè: acquirit enim novam denominationem realem intrinſecam, quâ ātea carebat, transitq; à non eſſe uniti intrinſecè humanitati, ad eſſe uniti intrinſecè, quod eſt intrinſecè mutari. At inconveniens eſt DEUM mutari intrinſecè, Ergò & Incarnari.

II. Inconveniens eſt apud Philoſophū ex duobus Entibus completis fieri unum per ſe: Atqui per Incarnationem ex Perſona VERBI completa, & ex natura humana ſimiliter completa ſit unum per ſe, nempè Chriſtus: Ergò Incarnatio eſt inconveniens.

RESPONDETUR. *Conveniens dupliciter dicitur, primò negativè; & in hoc ſenſu ſignificat id, quod non repugnat, ſeu quod non eſt abſurdum. Secundò conveniens dicitur poſitivè, quod ſcilicet dicit aliquam bonitatem poſſibilē, ſivè amabilem ratione ſui, (ſi conveniens dicatur in ratione finis,) ſivè conducentem ad obtinendum aliquem finem, (ſi conveniens dicatur in ratione medij.) Quia verò omnia creata ſunt medium ad gloriam* DEI *extrinſecam, (qui in omnibus operibus ſuis ad extra eſt finis ultimus excellentiæ,) nec non ad utilitatem hominis, (qui eſt finis ultimus utilitatis,) ideò res creata tunc erit conveniens poſitivè, quando*

Digitized by Google

conducet ad gloriam DEI *extrinſecam, & ad hominis utilitatem. Utrôq; modô.*

Incarnatio Verbi Divini eſt conveniens. Et quidem eſt conveniens negativè, quia non implicat, ut conſtabit ex objectionū ſolutione. Eſt etiam convenientiſſima poſitivè; quia manifeſtando Divinam Miſericordiam, Juſtitiam, Bonitatem, potētiam, aliasq; perfectiones Divinas, maximè cōducit ad gloriam DEI extrinſecam; ſimulq; maximè exaltando naturam humanam, eiusq; humanæ miſeriæ, & indigentiæ ſubveniendo, plurimùm conducit ad utilitatem hominis.

Ad I. Aliqui cum Leſſio libro 12. de Perfect: Divin: Cap. 6. dicunt: denominationem uniti eſſe VERBO extrinſecam: Pet: Hurt. de Lugo, Aldrete, dicunt eſſe intrinſecam. Alij dicunt eſſe mediam inter intrinſecam & extrinſecam. Ego has omnes ſententias conciliando, dico denominationem uniti non eſſe intrinſecā VERBO, in hoc ſenſu, quaſi ſit denominatio deſumpta à forma afficiente VERBUM intrinſecè quoquo modo; id eſt â forma quæ ſit VERBO intrinſeca, ſivè tanquam ſubjecto ſuſtentationis, ſivè tanquàm ſubiecto purè informationis, (quô pactô animatio-

ma rationalis eſt in corpore,) ſivè tanquã ſubiecto adhæſionis, quô pactô creatio eſt in Angelo. Dico tamen prædictam denominationem eſſe VERBO intrinſecam in hôc ſenſu, quòd per illam denominetur præcisè VERBUM eſſe intimè & inſeparabiliter coniunctum humanitati in ordine ad faciendum cum illa unum per ſe: hoc enim eſt præcisè unum alteri uniri intrinſecè: quia per hoc præcisè unio intrinſeca differt ab Actione, Paſſione, Ubicatione, Duratione, aliisq; omnibus coniunctionis extrinſecæ modis. Quod ſi in extremis creatis denominatio intrinſecè uniti non eſt ſine aliqua receptione unionis; id verò materialiter ſe habet, provenitq; ex conditione extremi creati, utpotè complebilis, & dicentis aliqvam vacuitatem perfectionis; quam vacuitatem quia non dicit VERBUM, utpotè pleniſſimũ omnis perfectionis; ideò non eſt capax ut recipiat aliquam formam: quia tamen intimè conjungitur humanitati, cum inſeparabilitate mutua quoad locum ſuum adæquatum, ortâ titulo unionis, & quidem in ordine ad faciendum unum per ſe ſubſiſtens cum humanitate, ideò meritò dicitur uniri intrinſecè humanitati. Neq; tamen

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

per talem denominationem novā intrinſecam, VERBUM mutatur intrinſecè, quia hæc denominatio intrinſeca VERBO, eſt ſine ulla receptione formæ: Mutari autē intrinſecè eſt perfici, vel deteriorari, adeòquè eſt compleri, vel amittere complementum; quod fieri nequit ſine receptione aliqua formæ antea receptæ.

Ad II. Natura humana in Chriſto eſt quidem completa in ratione naturæ, non tamen in ratione ſubſiſtentis, ac proinde in ratione ſubſiſtētis cum Perſona VERBI, perfectiſſimè cōtinente hāc denominationem, poteſt facere unum per ſe, quātùmvis VERBUM ſit in omni genere completū. Sufficit nimirum alterum tantum extremum eſſe incompletum in illa ratione, in qua cum altero extremo debet facere unū per ſe.

Articulus III.

Vtrûm Deus aliqua neceſſitate neceſſitetur ad Optimum extra ſe, & conſequenter ad Incarnationem?

VIdetur quòd ſic ut opinatur Granado & Ruiz, uterq; diſp: de Volūtate DEI. PRIMÒ ob Authoritatem PPm. Auguſtini lib: 3,

lib: 3. de lib. arbit. c. 5. *Quidquid tibi verâ ratione occurrit meliùs, hoc ſcias feciſſe* DEUM. Chriſoſtomi in in 1. Cor. 12. homilia 30. dicentis: *Quod optimum rectiſſimumq́; fuit, hoc* DEUM *voluiſſe conſentaneũ eſſe debet.* Anſelmi idem non ſemel dicentis in lib: *Cur* DEUS *homo*, & aliorum.

II. Voluntas optima debet habere objectum optimum, non ſolùm motivum, ſed etiam terminativum: meliùs enim eſt velle ex motivo optimo objectum materiale meliùs, quã minùs bonum, puta melius eſt ex motivo Charitatis erga DEUM velle dare aureum, quàm obolum. Atqui voluntas DEI eſt neceſſariò optima in omni genere. Ergò non ſolum Motivum objectum debet habere optimum, nempè bonitatem DEI, ſed etiam objectum terminativum extra ſe.

III. Quilibet vi amoris efficacis ſummi erga ſe, neceſſitatur ad volendũ ſibi ſummum bonum etiam extrinſecum, hic & nunc poſſibile, præſertim non arduum ſibi: alioquin enim contradiceret ſuo amori ſummo efficaci erga ſe. Cùm ergò DEUS neceſſariò efficaciter amet ſe ſummè; ideò vi amoris iſtius neceſſitatur etiam ad volendam ſibi gloriam extrinſecam, ma-

ximum

Digitized by Google

ximam, hîc & nunc poſſibilem, præſertim cùm hæc non ſit ardua reſpectu DEI infinitè potentis; conſequenter neceſſitatur ad optimum extra ſe, utpotè ſine quo non poteſt haberi gloria DEI maxima. Confirmatur; quia Beatus nō amaret DEUM efficaciter ſummè, ſi non vellet DEO gloriam maximam hîc & nunc poſſibilē, Ergo ſi hanc etiam non vellet ſibi DEUS, non amaret ſe efficaciter ſummè.

RESPONDETUR. *Neceſſarium dicitur illud, cujus oppoſitum eſt impoſſibile. Unde ſicut triplex eſt impoſſibile, ita triplex eſt neceſſe, nempè Metaphyſicè, Phyſicè, & Moraliter.* Neceſſe Metaphyſicè *eſt, cujus oppoſitum nec de potentia* DEI *abſoluta fieri poteſt: Sicut neceſſe eſt hominem eſſe animal.* Neceſſe Phyſicè *eſt, cujus oppoſitum nonniſi contra exigentiam determinatam naturæ fieri poteſt,* DEO *miraculosè diſpenſante in legibus naturæ, ſicut neceſſe eſt ignem applicatum urere.* Neceſſe Moraliter *eſt, cujus oppoſitum non eſt prudenter ſperabile, licet non ſit contra determinatam exigentiam naturæ. Hæc autem neceſſitas provenit, vel propter ſummam difficultatem ponēdi oppoſitum, ſicut neceſſe eſt habituatum in malo, urgente gravi tentatione, ſuccumbere ipſi, ſine ſpeciali gratia* DEI: *vel provenit ex vehementiſſi-*

mentiſſi-

Digitized by Google

mẽtiſſima inclinatione agentis liberi ad aliquod bonum, ſicut neceſſe eſt, ut Papa non agat publicè hiſtrionem, quia vehementiſſimè inclinatur ad gravitatem in agendo: Vel deniq; provenit ex eo, quia ad oppoſitum plurima requiruntur uniformiter ponenda ab agente libero aut fortuito, quæ tamen uniformitas in operando prudẽter ſperari non poteſt, ſpectata mutabilitate liberi arbitrij creati, aut indeterminatione ad uniformiter operandum cauſæ fortuitæ, & ita neceſſe eſt, ut ex mille hominibus aliquis non eligat ſtatum religioſum, utq; taxilli millies iacti in ludo non ſemper referant eadem puncta.. Cæterùm neceſſitas moralis poteſt re ipſa eſſe neceſſitas Metaphyſica. imò in DEO *nulla datur neceſſitas Moralis diſtincta à neceſſitate Metaphyſica: Nam, ſi fieret oppoſitum ei; ad quod neceſſitatur moraliter* DEUS *eo ipſo ſequeretur aliquod inconveniens* DEO *tribuendum, cum* DEUS *non poſſit neceſſitari ad aliquid, niſi inconvenientiâ aliquâ oppoſiti, utpotè omnipotẽs in agendo, & pleniſſimè liber. Atqui ſequi aliquod inconveniens* DEO *tribuendum, eſt Metaphyſicè impoſſibile; Ergò id quod reſpectu* DEI *neceſſe eſt Moraliter, eſt tale, ut oppoſitum ei ſit Metaphyſicè impoſſibile, ſeu eſt Metaphyſicè neceſſarium.*

Jam optimum ſumi poteſt, primò abſo-

lutè, & nullâ factâ comparatione ad aliud; ſecundò reſpectivè & ſecundùm quid, nēpè relatè, vel ad naturam ſubjecti, ſicut optimus eſt igni calor, non autem gratia ſanctificans; vel relatè ad finem præfixum, ſicut ad pugnandum optimus eſt enſis ferreus, non autem aureus. Optimum primi generis extra DEUM dari nequit, in illo genere bonitatis, in quo procedi poteſt in infinitum in melioritate, qualis eſt intenſio qualitatis, extenſio quātitatis, & multitudo numeri: & in hoc genere clarum eſt, quòd DEUS non neceſſitetur ad optimum, aliâs neceſſitaretur ad chimeram. In alio tamen genere in quo ſecūdùm melioritatem non procedit in infinitum, dari poteſt optimum, & ſic in genere conjunctionis creatæ ſubſtantialis cum DEO, unio hypoſtatica eſt quid abſolutè Optimum. De hoc verò Optimo præſēs Quæſtio procedit. Pro cujus reſolutione ſit.

PROPOSITIO I. DEUS *neceſſitatur Metaphyſicè ad ſemper producendum id, quod per denominationem extrinſecam ab electione Divina eſt optimum.* Probatur quia ut infra oſtenditur, omnis electio Divina neceſſariò eſt optima, nec dari poteſt ulla melior, quàm altera, ac proinde quælibet ſuū objectum

jectum neceſſariò denominat extrinſecè optimum.

PROPOSITIO II. DEUS *neceſſitatur Metaphyſicè ad producendum id, quod eſt optimum relatè ad finem, liberè à* DEO *ſub tali menſura & modo intentum.* Probatur quia ſi DEUS volendo libere talem finem, v. g. gloriã ſuam ut 4, poneret medium majus vel minus, quàm requiritur ad talem finem, puta creaturam perfectam ut 2. vel perfectã ut 6. id eſt ſi poneret medium non optimũ ad talem finem, eo ipſo conttadiceret ſuæ intentioni, volendo ſcilicet finem, & nõ volendo id quod eſt eſſentialiter & determinate connexum cum tali fine. Hoc autem in DEUM cadere non poteſt. Ergò.

PROPOSITIO III. DEUS *neceſſitatur Metaphyſicè ad id quod eſt optimum negativè reſpectu* DEI. Probatur, quia ut diccmus Qu: 5. nõ eſt poſſibile unũ objectum creatum melius reſpectu DEI, quàm alterum, licet in ſe & reſpectu creaturæ unum ſit melius altero.

PROPOSITIO IV. *Nulla facta ſuppoſitione liberi Decreti Divini,* DEUS *nullâ neceſſitate tenetur ad producendum id, quod in ſe ſit optimum abſolutè,* Probatur, quia eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, ac proinde DEO concenda

Digitized by Google

cedenda, poſſe cum omnimodâ indifferētia dicere: *Ego mihi ſolus ſufficio, nolo quidquam exiſtere extra me:* hoc autē non poſſet dicere cum omnimoda indifferentia DEUS in ſententia oppoſita, in qua eſſet ſaltem moraliter determinatus ad coëxiſtendum alicui objecto creato extra ſe, independenter ab omni libero ſuo decreto. Vide, ſi placet ea, quæ dixi in Princ: Phil. d: 1. q: 3. & diſp: 2. qu: 3.

PROPOSITIO V. *Facta ſuppoſitione effectûs à* DEO *liberè producti, neceſſitatur* DEUS *ad producendum id, quod reſpectu talis rei à* DEO *productæ eſt optimum vel formaliter, vel æquivalenter*, id eſt neceſſitatur, vel ad dandum illi rei à ſe productæ id, quod eſt ipſi connaturale, vel ad faciendam compenſationem per aliud bonum æquale, vel majus reſpectu univerſi, quod bonum univerſi, eſt etiam bonum cujuslibet partis univerſi. Hæc porrò neceſſitas quamvis ſit Metaphyſica: quia tamen eſt disjunctiva, & quia rarò DEUS facit compenſationem univerſo, ob denegatum bonum connaturale rei à ſe productæ, quæ proinde compenſatio non eſt hic & nunc prudenter ſperabilis; ideo hujuſmodi neceſſitas Metaphyſica vocari poteſt reſpectu DEI neceſſitas

ceſſitas Moralis ad dandum rebus præexiſtentibus, id quod eſt ipſis connaturale. Ita P. Martinus de Eſparza, qui hanc ſententiam multis erudite & ſolide probat, ut ſolet, totâ Quæſt: 28. de Deo. Ego ſic illam probo breviter à poſteriori. Hæc Propoſitio: *Sol cras orietur*, non eſt ita contingens, ſicut iſta: *Petrus cras diſputabit*: Si autē nulla neceſſitas daretur ex parte cauſæ primæ ad efficiendum ortum ſolis craſtinum, utraq; propoſitio eſſet æque contingens: nam prior propoſitio inferretur quidem ex cauſa ſecunda neceſſaria, nempe ex ſole, ſed ſimul inferretur ex cauſa prima libere omnino & contingenter cōcurrente ad ortum ſolis; poſterior verò propoſitio inferretur tàm ex cauſa prima, quàm ex cauſa ſecunda libere concurrentibus ad diſputationem craſtinam: jam autem concluſio æque eſt contingens, ſi inferatur ex utraq; præmiſſa contingente, quàm ſi inferatur ex altera tantùm præmiſsâ contingente; ſemper enim ſequitur partem debiliorem. Debet ergo ex parte cauſæ primæ admitti aliqua neceſſitas moralis ad craſtinum ſolis ortum. Hæc autem non eſt alia, quàm à nobis admiſſa, quia hæc neceſſitas decet Deum; fundatur
enim

enim ex una parte in ipſius ſapientia & bonitate, impellente DEUM ad hoc, ut, vel non neget bonum connaturale rei à ſe libere productæ, vel certe faciat compenſationem univerſo; ſiquidem hoc ſpectat ad hoc, ut DEUS ſapienter & ex amore erga ſuos effectus gubernet univerſum. Ex alia verò parte talis neceſſitas non minuit libertatem DEI, & dominium in creaturas, quia ſequitur ad exercitium & uſum libertatis divinæ.

Ex dictis infertur DEUM non fuiſſe abſolute neceſſitatum ad Incarnationem, ut conſtat ex Propoſitione quârta: immò nec fuiſſe neceſſitatum ex ſuppoſitione orbis conditi, vel cujuſq; ordinis naturalis, quia incarnatio utpote Ens intrinſece ſupernaturale, non eſt connaturale bonum cuicũquè ordini naturali, ad quale bonum connaturale ſolùm DEUS moraliter neceſſitatur, ut dictum eſt in Propoſitione 5.

Ad I. Locutiones Patrum intelligi, & explicari debent, in ſenſu noſtræ Propoſitionis primæ, ſecundæ, tertiæ, & quintæ.

Ad II. Ex objecto Materiali & Terminativo perfectiori tunc ad ſummum deſumitur cæteris paribus major perfectio actûs

Digitized by Google

ctûs, quando circa illud obiectum materiale ſuperatur maior difficultas, quàm circa aliud minús perfectum: & ita perfectiùs eſt dare aureum quàm obolum: in Deo autem nulla eſt difficultas in agendo, quia eſt infinita ſimpliciter activa virtus: ac proinde actus Divini non deſumunt ſuam perfectionem ab objecto materiali, & pure terminativo, ſed tãtùm ab objecto formali motivo, quod reſpectu omnium actuum Divinorum eſt ſemper æquale, immò idem, nempe Eſſentia divina: unde & ipſos actus omnes divinos, neceſſe eſt eſſe æquales in perfectione circa qualecũq; objectum Materiale verſentur. Sed de hoc inferiùs.

Ad III. Amans ſeipſum neceſſariò, vult ſibi efficaciter bonum poſſibile illud, ſine quo non poteſt eſſe beatus: Deus autem poteſt eſſe perfectiſſime beatus ſine ſumma gloria ſua extrinſeca, imò ſine omni, ſicut fuit ab æterno, utpote ſibi ſe ſolo ſufficiens; ac proinde vi amoris ſummi, quâ ſeipſum neceſſariò amat, nullo modô neceſſitatur ad volendam efficaciter ullam gloriam ſuam extrinſecam; licet contrarium accidat in creatis, ob contrariam rationem.

Ad

Digitized by Google

Ad Confirmationem. Omiſſo antecedente, negatur conſequentia: diſparitas eſt, quia amor creaturæ erga DEUM menſuratur ſecundùm conformitatem cum voluntate DEI aliena & altiore, quæ cum regulariter velit majorẽ gloriam DEI hîc & nunc poſſibilem, etiam & amor creaturæ erga DEUM eam velle debet, ſi eſt perfectus. At verò amor DEI erga ſeipſum menſuratur ſecundùm conformitatẽ cùm voluntate propria, cui proinde ſemper ſe conformabit neceſſariò ſumme, ſeu per identitatem, DEUS amans ſeipſum, ſive velit maiorem, ſive minorem gloriam ſuam; & ſic vi amoris ſummi erga ſe non tenetur ad volendam ſũmam ſuã gloriam extrinſecam.

Articulus IV.

Vtrùm ſaltem ex ſuppoſitione elevationis hominum ad ſtatum ſupernaturalem, neceſſaria ex natura rei fuerit Incarnatio?

VIdetur, quod ſic, ut multis probat P. Eſparza, meus Profeſſor ſolidiſſime doctus, hîc qu: 7.

I. Quia effectus perfectiſſimus ex natura rei exigit cauſam perfectiſſimam: Atqui

qui dona ſupernaturalia gratiæ & gloriæ, quibus homo elevatur ad ſtatum ſupernaturalem, ſunt effectus perfectiſſimi inter omnia dona purè creata, homini à DEO conferibilia. Ergò ex natura rei exigunt cauſam ſui perfectiſſimam: hæc autem nō eſt alia, niſi exiſtentia Chriſti, quæ habetur per Incarnationem, eſtq; Principium omnium donorum gratiæ, & quidē ſummum infrà DEUM.

II. Connaturale eſt gratiæ habituali, ut nos faciat ſicut hæredes DEI, ita etiam cohæredes Chriſti, ut argumentatur Apoſtolus Rom: 8. Similiter connaturale eſt habitui ſupernaturali fidei, credere exiſtentiam Chriſti; habitui ſpei, ſperare omnia bona ex meritis Chriſti: habitui Charitatis, amare VERBUM Incarnatum. Atqui ſi non daretur exiſtentia Chriſti, eo ipſo gratia habitualis non faceret nos cohæredes Chriſti; & habitus ſupernaturales fidei, ſpei, Charitatis, non poſſent producere actus circa Chriſtum ſibi connaturales. Ergò eſſent in ſtatu violento, ſicut eſſet in ſtatu violento potentia viſiva exigens tendere in omnes colores, deficiente una ſpecie coloris, v. g. albedine: ſicut ergò viſivæ potentiæ debetur ex natura rei

Digitized by Google

exiſtentia albedinis; ita gratiæ, habitibusqué ſupernaturalibus conſtituentibus ſtatum ſupernaturalem, debetur ex natura rei exiſtentia Chriſti.

III. In ſacris literis Chriſtus cum fidelibus comparatur, ſicut caput cum membris, ſol cum ſtellis, fons cum rivulis, vitis cum plamitibus: Atqui inter hæc datur mutua ex natura rei connexio: Ergò datur etiam inter Chriſtum & fideles elevatos ad ſtatum ſupernaturalem.

IV. Ut arguit P. Antonius Perez Tra: de Volun: DEI diſp: 6. c: 5. Univerſum elevatum ad ſtatum ſupernaturalem ſine Chriſto eſſet mutilum, eſſet enim ſine capite: Atqui ex natura rei corpus poſtulat, ne ſit ſine capite. Ergò.

RESPONDETUR. *Probabilius nonnihil mihi videtur, dona ſupernaturalia gratiæ & gloriæ, incluſa intrinſecè in ſtatu elevationis hominum ad finem ſupernaturalem, non connecti ex natura rei cum exiſtētia Chriſti, ita ſicut connectitur calor, v. g. ſummus cum exiſtentia ignis; licet è contra exiſtentia Chriſti connectatur ex natura rei cum exiſtentia donorum ſupernaturalium, utpotè illorum radix. Unde ſequitur ex ſuppoſitione elevationis hominum ad finem ſupernaturalem, neceſſariam non fuiſſe*

iſſe ex natura rei Incarnationem. RATIO *eſt, quia nullum donum gratuitum, & indebitum, ex natura rei poſtulat dari ex meritis, præſertim alienis, non aſſicientibus, nec diſponentibus intrinſecè donatarium. Qua de cauſa creatio Angeli utpotè indebita, nullam debet ſupponere cauſam ſui meritoriam. Et ratio eſt, quia donum gratuitum, in ratione beneficij non creſcit, vel decreſcit ex eo, quod conferatur ex, vel ſine meritis alienis, tantiq; æſtimatur in ratione beneficij dignitas Ducalis collata Petro ex meritis Pauli, ac ſine illis. Certum autem eſt, quòd dona gratiæ & gloriæ ſint eximia dona gratuita, nobisq; indebita. Certum ſimiliter eſt exiſtentiam Christi non aliter poſſe requiri ad eadem bona quatenùs nobis conferenda, niſi tanquàm cauſam meritoriam ipſorum. Ergò exiſtentiã Chriſti non exigunt ex natura rei dona ſupernaturalia, quatenùs nobis conferenda.*

Ad I. ergò dicendum, quòd procedat de cauſa efficiente Phyſica, quæ reſpectu donorum ſupernaturalium eſt omnipotẽtia DEI.

Ad II. Gratia habitualis, cùm per ſe ipſam ſit participatio naturæ Divinæ, eſt etiam ex natura rei filiatio DEI adoptiva, & conſequenter hæreditas DEI, non tamẽ eſt ex natura rei cohæreditas Chriſti, ſed

Digitized by Google

ſolum ex ſuppoſitione accidentali exiſtētiæ Chriſti, quia reſpectu filiationis Divinæ, ſeu participationis naturæ Divinæ accidentale eſt connotare fratrem, & conſequenter cohæredem, præſertim Deum. Nam etiam in humanis participanti naturam Patris eſt quidem eſſentiale eſſe filiū, & conſequenter hæredem ſui Patris; accidentale tamen eſt eidem habere fratrē, præſertim eximium, & conſequenter habere cohæredem. Quod ſpectat ad habit⁹ virtutum ſupernaturalium fidei, ſpei &c, dico huiusmodi habitus, ſine exiſtentia Chriſti, (quæ tantùm eſt objectum materiale ipſorum,) manſuros fuiſſe ſine violentia, iuxta illam ſententiam Philoſophicam, quæ docet actus non connecti intrinſecè cum objectis materialibus, ſed tantùm cum formalibus. In alia verò ſententia, quæ putat actus connecti intrinſecè etiam cum obiectis materialibus, dicēdum eſt, futuros fuiſſe alios habitus ſupernaturales virtutum, ſpecie diverſos ab his, qui de facto dantur, ſi non fuiſſet Chriſt⁹, utpotè tunc non productivos actuum circa exiſtentiam Chriſti, ſed circa alia objecta materialia. Alia eſt ratio de potentia viſiva, quæ fortè eſſet in ſtatu violento deficiente

ficiente albedine, quia potentia viſiva exigit omnes ſpecies coloris, quæ debentur huic univerſo, & conſequenter albedinē. At verò habitus ſupernaturalis fidei, ſpei, &c. ſaltem genericè ſumptus, eſt indifferens circa Incarnationē, cùm hæc ſit indebita univerſo etiam elevato, ut probatum eſt,

Ad III. De facto ex vi præſentis Divinæ ordinationis, Chriſtus meritoriè influit in nos dona ſupernaturalia, tanquàm caput in mēbra, & vitis in palmites, hocqué docet ſcriptura: cæterum DEUS non feciſſet de potētia abſoluta, ſi dona ſupernaturalia nobis donaſſet independenter à meritis Chriſti. Inquo eventu ipſe DEUS fuiſſet caput univerſi elevati, ac proinde hoc non fuiſſet ſine capite. Et per hoc patet etiam ad quartum.

Articulus V.

Vtrùm Deus æquè honeſtè operatus fuiſſet, ſi elegiſſet negationem Incarnationis?

VIdetur quòd non, ut ſentit Arriaga hic d: 2. Subſect: 1. & Ripalda diſp: 74. de Ente ſupernaturali Sect. 3. I. Quia perfectior moraliter eſt in DEO volitio crean-

num, & inter eligere minus bonum, & conſequenter inter electionem perfectiorem & imperfectiorem in genere moris. Patetq́; hoc inprimis exemplo, quia neceſſitatus ad reddendum debitum, vel in tritico, vel in pecunia, non meretur laudem, ſi debitum reddat. Patet rurſùs à pari, quia neceſſitatꝰ ad actus æquales inhoneſtos, non eſt vituperabilis, dum ponit hunc potiùs actum, quàm alium æqualẽ. Ergò è contra neceſſitatus ad actus æquales honeſtos, non eſt laudabilis.

RESPONDETUR. *Dicendum, omnes poſſibiles Divinas cuiuscunq́ʒ obiecti creati electiones, adeôq́ʒ electionem Incarnationis, & electionem carentiæ Incarnationis, eſſe in perfectione non ſolum Phyſica, ſed etiam morali, ſeu in honeſtate, omnino æquales, etiam ratione noſtrâ quâtenus verè affirmante aliquid de ipſis, prout ſunt in ſe ipſis extra noſtrum intellectum, licet inter Divinas electiones detur inæqualitas ratione noſtrâ, quâtenus purè apprehendente eas ad inſtar electionum creatarum nobiliorum & ignobiliorum. Ratio eſt, quia quælibet diviſim electio Divina, petit identificari cum eſſentia Divina, quæ eſt radix eminenter, vel formaliter continens honeſtatem convenientem cuicunq́ʒ alteri electioni Divinæ, immò convenientem*

tem omnibus collectivè electionibus Divinis. Quod autem petit identificari cum aliquo prædicato, certè æquivalenter continet perfectionẽ, eminenter, vel formaliter repertam in illo prædicato; & ideò Pater æternus æquivalet Filio, quia petit identificari Divinitati, in qua repetitur eminenter perfectio Filij: Sicut ergò is qui habet unum aureum, æquivalenter habet duos imperiales, qui in aureo continentur eminẽter: ita multò magis nolitio Divina Incarnationis æquivalet volitioni Incarnationis quoad honeſtatem moralem; quia nolitio identificatur Eſſentiæ Divinæ, in qua eſt formaliter, vel eminenter honeſtas moralis volitionis Incarnationis.

Ad I. Acutè reſpondet P. Ant: Perez, diſput: 6. de Voluntate DEI Cap: 3. quòd DEUS, ſi nihil creaſſet, adhuc exercuiſſet eaſdem, quas nunc exercet virtutes, non quidem exteriùs, ſed internè, & ſecũdum affectum perfectiſſimum erga objecta ipſarum: Nam Divina Eſſentia per ſe ipſam eſt amor inefficax omnis objecti creati honeſti ſub hac conditione, ſi fuerit electum à DEO, & ſi non obeſt contraria ordinatio Divinæ ſapientiæ; talis autem amor inefficax & conditionatus virtutis, eſt tàm perfectus moraliter, quàm efficax, &

& abſolutus, ſi cauſa inefficaciæ ſit præciſè ordinatio Divinæ ſapientiæ, & ſi volũtati difficultas non proponatur in opere virtutis, ut amando conditionatè, minor quàm in opere, ut amando abſolutè, ſicut accidit in Deo. Qua de cauſa ſubditus volens conditionatè jejunare, & cognoſcẽs eandem difficultatem in hoc ſuo actu cõditionato, ac in abſoluto; ſi impediatur à ſuperiore ne jejunet, eo ipſo per actum jejunandi conditionatum, compenſat abſolutum. Nec refert quòd ille amor conditionatus virtutum ſit neceſſarius in Deo ſecùndum ſe conſideratus; adhuc enim, ut applicatus ad nolẽdum quidquam creare, eſſet liber libertate indifferentiæ, qualis libertas requiritur ad honeſtatem moralem.

Ad II. Varij variè reſpondent. C. de Lugo dicit electiones Divinas eſſe laudabiles in genere moris, & honeſtas, quia ſunt quidem inter ſe æquales entitativè; & ſecundùm ſe, ſunt tamẽ inæquales terminativè, quâtenus unum objectum creatum electionis Divinæ eſt decentius altero, magisq́; conferens ad gloriam Dei extrinſecam. Sed contra eſt, quia bonitas moralis, ſeu honeſtas, & decentia objecti-

va, dicitur per ordinem ad mores, ſeu actus honeſtos, quos terminat, ſicut delectabilitas obiectiva dicitur per ordinem ad delectationem. Sicut ergò illud objectum dicitur honeſtum moraliter, ſeu decens reſpectu operantis, quod terminat actum ſecundùm ſe honeſtum ipſius, ſeu convenientem naturæ rationali: ita objectum dicitur honeſtius & decentius reſpectu operantis, quod terminat actum ſecũdum ſe honeſtiorem illius. At non poteſt per te dari in Deo actus ſecundum ſe honeſtior altero: Ergò reſpectu Dei non poteſt dari unum objectum decentius altero. Quomodo ergò ſtat laudabilitas in genere moris Divinarum electionum?

P. Aldrete dicit, actus Divinos eſſe quidem æquales intenſivè, non tamen extenſivè, quia ratione obiecti creati un' præ alio habet plures laudis titulos: unde infert Deum eſſe laudabilem in genere moris, quia liberè habet electionem extẽſivè perfectiorem. Sed contra eſt, quia, ſi Deus decreviſſet nihil creare, adhuc eſſet laudabilis in genere moris, & tamen hoc decretum, non haberet plures laudis titulos ratione objecti ſui; quia nihil non eſt plus, quàm Ens.

P. Ant.

Digitized by Google

P. Ant: Perez ubi ſupra C: 2. num: 14. & C. Sforria Pallau. lib: 5. Aſſert: C: 1. n: 25. dicunt in creatura quidem rationali ad meritum laudis requiri inæqualitatem actuum honeſtorum, non tamen in DEO, quia neceſſitas ad actus honeſtos in creatura provenit ab extrinſeco, nēpè à DEO: unde Creatura eligens inter actus æquè honeſtos nihil ſuperaddit de ſuo, ac proinde laudem non meretur: Secùs autem DEUS, qui non ab extrinſeco, ſed vi naturæ ſuæ alligatur optimorum actuum electioni, & quidem liberæ, utpotè ortæ à potentia indifferenti. Sed contrà eſt, quia neceſſitas ab intrinſeco nihil confert ad moralitatē, act⁹ alioquin generatio VERBI Divini eſſet actus moralis. Requiritur ergò libertas: an verò ſufficiat illa vi cujus actus oritur à potentia indifferenti, & non requiratur illa quæ eſt ad actus inæquales, hoc eſt in quæſtione.

Commodiùs reſpondet Quiros de 74. de DEO Sect: 3. DEUM ideò eſſe laudabilem, quamvis neceſſitetur ab actus æquales, quia dum vult aliquid, eo ipſo vult, & volendo facit objectum hîc & nunc præponderans ſuo contradictorio, ita ut pro tunc nullus poſſit prudenter velle oppoſitum;

mo fini &c. In hac enim confeſſione laus moralis conſiſtit, quæ ſtare poteſt cum neceſſitate ad actus æquales honeſtos, ſolùmq; requirit libertatem ad ponendum potius hunc actum præ alio, æquè honeſto: quæ libertas non eſt purè phyſica, ſed moralis, utpotè ſpectans ad mores. Fateor tamẽ ad rationem meriti requiri libertatem ad actus inæquales, ut infra dicetur. Fateor etiã neceſſitatem ad actus æquales inhoneſtos obeſſe vituperabilitati: quia vituperium cadit ſupra id quo eſt lege prohibitum, & cujus omiſſio eſt præcepta: nihil autem lex prohibere poteſt ei, qui eſt determinatus ad act⁹ æquales inhoneſtos, aliâs prohibẽdo unum actum inhoneſtũ, præciperet ſimilem alium: at verò laus nõ cadit neceſſariò ſupra id quod eſt præceptum, vel cuius omiſſio eſt prohibita, ſed tantùm ſupra id quod eſt liberum, & conforme rectæ rationi; & ideò ſtare poteſt cum neceſſitate ad actus æquales honeſtos.

Quæſtio II.

De fine Incarnationis, qui eſt ſatisfactio pro peccatis.

Circa hoc quæretur I. Quantæ malitiæ ſit

peccatum

peccatum mortale? II. An pro eo poſſit ad æqualitatem ſatisfacere pura Creatura? III. An ſaltem condignè poſſit mereri ejus remiſſionem? IV. Quanti valoris fuerit ſatisfactio & meritum Chriſti? V, An fuerit ſecundum rigorem juſtitiæ?

Articulus I,

Vtrùm peccatum mortale Theologicum ſub aliquo ſuo cõceptu ſit ſimpliciter infinitum?

VIdetur, quòd ſic, ut ſentit è noſtris Petrus Hurt: hic diſp: 10, Bernald: diſ:4. Paulus Roſmer in ſuis Theſibus fol: 627. Eandem etiam ſententiam tenet P. Thomas Młodzıanowſki, Vir magni ingenij & eruditionis, primusq; è Societate in hac Provincia noſtra Polona, ſuis ſcriptis Theologicis in lucem editis optimè de Scholis noſtris meritus· Arguitur pro hac ſententia.

I. Quia ut docet Philoſophus 5. Eth. 5. & oſtendit inductio, *offenſa creſcit ex dignitate offenſi, & ex vilitate offendentis.* Ergò cum dignitas DEI offenſi, & vilitas hominis offendentis DEUM, comparatione DEI ſit ſimpliciter infinita, oportet peccatum ſub conceptu offenſæ DEI eſſe ſimpliciter infinitum

infinitum. Confirmatur. Quia offenſa DEI ſuperat omnes poſſibiles offenſas inæquales Creaturarum, quæ ſunt infinitæ ſyncategorematicè: Unde opus eſt in offenſa DEI contineri actu, & categorematicè, infinitos gradus offenſæ correſpondentes infinitis ſyncategorematicè, offẽſis creaturarum inæqualibus.

II. offenſa eſt per modum paſſionis, vel patibilis qualitatis moraliter receptæ in offenſo: *Offendi enim eſt quoddam pati*, ut communiter dicitur: *Honor eſt in honorãte, diſhonor in diſhonorato. Quidquid autem recipitur per modum recipientis recipitur*, adeòq; à recipiente moraliter taxatur: Ergò ſi offenſus erit ſimpliciter infinitus, ſicut eſt DEUS, offenſa taxabitur eâ infinitate.

III. Meritum Chriſti conſtituitur intrinſecè Perſonâ verbi operantis, ac proinde eſt ſimpliciter infinitum. Ergò & offenſa DEI perſonalis conſtituitur Perſonâ DEI offenſi intrinſecè, ac proinde eſt ſimpliciter infinita.

IV. Peccatum mortale inducit pœnã æternam, ſeu infinitam extenſivè, ac proinde æquivalentẽm pœnæ infinitæ intenſivè, ſicut dolor, ut unum durans infinitis diebus, æquivalet dolori infinito, duranti

uno

uno die. Ergò neceſſe eſt peccatum mortale in ratione demeriti eſſe ſimpliciter infinitum; ſiquidem effectus proportionatus, qualis eſt pœna reſpectu peccati, non poteſt ſuperare ſuam cauſam adæquatam.

RESPONDETUR. *Peccatum mortale Theologicum, quod ſcilicet fit ex aliqua præcognitione* DEI, *ſub varijs conceptibus formalibus cõſiderari poteſt relatè ad varia connotata; ſingulos percurremus.*

PROPOSITIO I. *Peccatum mortale ſub conceptu privationis non eſt ſimpliciter infinitum.* Ratio eſt, quia non privat infinito bono ſecundum ſe conſiderato, quod videlicet eſt indeſtruibile, cum ſit Ens ſimpliciter neceſſarium; ſed privat duntaxat infinito bono, quatenus creaturæ finitè communicando per gratiam, & viſionem finitam. Nequé etiam peccatum infinita vi privat ſubjectum bono finito, hoc enim repugnat omni privationi; alias privatio, quæ ex ſuo conceptu eſt contingens ſubjecto, utpotè importãs aptitudinem ſubiecti ad oppoſitam formam, deberet ſubjecto cõmunicari per identitatem, ſicut ſanctitas Divina, DEUM infinità vi ſanctificans, cõmunicatur DEO per idẽtitatem. Et tamen nullum contingens identificatur ei, cui eſt contingens. PROPO-

PROPOSITIO II. *Sub conceptu transgreſſionis Divini præcepti peccatum non eſt ſimpliciter infinitum.* RATIO eſt, quia hæc Transgreſſio eſt ipſe actus inobedientiæ creatus, & ſimpliciter finitus.

PROPOSITIO III. *Neq; ſub conceptu Averſionis ab ultimo fine peccatum eſt ſimpliciter infinitum:* quia hæc averſio nihil aliud eſt, quàm actus Creaturæ rationalis, quo liberè non vult tendere ad beatitudinem, per media à DEO ordinata, qui actus eſt ſimpliciter finitus.

PROPOSITIO IV. *Etiam ſub conceptu demeriti peccatum eſt ſimpliciter finitum.* Tùm quia non meretur pœnam ſimpliciter infinitam ut dicetur ad 3. Tùm quia demeritum, quà tale, non conſtituitur intrinſecè aliquo ſimpliciter infinito, ſicut nec offēſa DEI, ut jam dicemus.

PROPOSITIO V. *Neq; ſub conceptu Offenſæ Divinæ perſonalis peccatum mortale, eſt ſimpliciter infinitum.* Eſt magis communis ſētentia, & probatur. Ut totum aliquid ſit ſimpliciter infinitum, neceſſe eſt, ut conſtitutiva intrinſeca ipſius ſaltem collectivè ſūpta ſint ſimpliciter infinita; At verò offenſæ perſonalis Divinæ omnia intrinſeca conſtitutiva ſunt ſimpliciter finita:

D hæc

hæc enim formaliter nihil aliud eſt, niſi contemptus excellentiæ Divinæ, qui adæquatè intrinſecè conſtituitur, vel per ſolũ actum voluntatis creatæ, quô contemnitur Deus, (ſi hic per ſe ipſum depẽdet à cognitione proponente Divinam excellentiam:) vel certè adæquatè intrinſecè conſtituitur per prædictum actum voluntatis creatæ, & ſimul per cognitionem repræſentativam Dei, (ſi actus voluntatis non dependet eſſentialiter à tali cognitione.) Nempè his præcisè duobus poſitis, quantùmvis ſimpliciter finitis, id eſt poſito actu voluntatis creatæ contemnente Deum, & cognitione Divinæ excellentiæ, eô ipſo formaliter & immediatè ponitur contẽptus Divinæ excellentiæ, quantùmvis per impoſſibile cætera omnia deſint, etiam Deus; eô modô quo poſito corpore & anima rationali, & unione præcisè, eô ipsô formaliter & immediatè ponitur homo, quantùmvis per impoſſibile deſint cætera omnia, etiam Deus. Unde ſicut benè infertur, corpus, animam rationalẽ, & unionem, eſſe omnia conſtitutiva intrinſeca hominis: ita benè infertur omnia conſtitutiva intrinſeca offenſæ perſonalis ad ſummum eſſe actum voluntatis contẽ-

ptivum

Digitized by Google

ptivum excellentiæ alienæ, & cognitionem præviam talis excellentiæ. Cùm ergò hæc duo etiam conjũctim & collectivè ſumpta ſemper ſint ſimpliciter finita, etiam tota offenſa perſonalis Divina eſt ſimpliciter finita. Deinde Deus offenſus, qui ſolus eſt ſimpliciter infinitus, non eſt conſtitutivum intrinſecum offenſæ ſuæ, quantùmvis ſine illo non eſſet offenſa Dei perſonalis: quia omne conſtitutivum intrinſecum immediatè concurrit exhibendo ſuam entitatem, ei quod conſtituit. At verò Deus offenſus concurrit ad offenſam non immediatè, ſed mediante cognitione ſui; concurrit enim tanquâm obiectũ voluntatis, & ideò creſcente, vel deficiẽte ſola cognitione offenſi, creſcit vel deficit offenſa. Ergò Deus offenſus concurrit ad offenſam ſuam perſonalem, nonniſi extrinſecè, ſeu tanquàm connotatum extrinſecum, eò modò quo cõcurrit ad hoc, ut exiſtat homo, nempè mediante actione. Concluditur ergò omnia conſtitutiva intrinſeca offenſæ perſonalis Divinæ eſſe ſimpliciter finita, ac proinde & ipſam non eſſe ſimpliciter infinitam, quia nihil in ſe intrinſecũ habet, unde infinita ſit.

Ad I. Offenſa, ſeu contemptus alienæ

excellentiæ creſcit ex dignitate offenſi; non prout dignitas eſt in ſe, & in ſtatu reali, ſed prout eſt in præcognitione offendẽtis: Unde ſi nulla eſſet præcognitio alienæ excellentiæ apud offendentem, nullus eſſet formaliter contemptus. Jam verò dignitas Dei, quàmvis ſit in ſe infinita, non tamen in cognitione peccantis, ratione cujus limitatæ cognitionis, limitatur offenſa Dei perſonalis. Ad confirmationem. Sicut adoratio latriæ non eſt ſimpliciter infinita, ſed tantùm altioris generis, licèt ſuperet infinitas poſſibiles adorationes creaturarum inferiores, ac inferiores ſine fine, idemq; dic de viſione beata ſuperante infinitas poſſibiles aliorum objectorum viſiones: ita & de offenſa Dei comparatione inferiorum offenſarũ poſſibilium diſcurrẽdum eſt. Nempè hic exceſſus rei ſuperioris, non eſt quantitativ', qui habetur per tot partes, vel grad', quot ſunt in illis rebus, quæ exceduntur, ſed eſt exceſſus virtualis per ultimam differentiã indiviſibilem, ac ſimplicem, conſtitutivã rei in genere, vel ordine ſuperiori.

5. Ad II. Reſpectu Dei, offendi eſt pati nonniſi grammaticaliter, nec in Deo eſt diſhonor moraliter, ſeu iuxta prudentum

æſtima-

æſtimationem; cùm certũ ſit DEUM, dum offenditur, damnum non pati ullum, ſicut patiuntur è contra, creaturæ rationales, reſpectu quarum verificatur illud axioma: *Diſhonor eſt in diſhonorato*. Deinde illud aliud axioma: *Quidquid recipitur per modum recipientis recipitur*, non ſemper procedit de receptione morali, alias offenſa DEI erit ſummè bona, ſicut DEUS eſt ſũmè bonus, in quo, per te, recipitur moraliter offenſa.

Ad III. Negatur conſequentia. Quia Perſona Verbi infinita confert valorem meritis Chriſti per ſe ipſam immediatè, & non mediante cognitione ſui, ut infrâ dicetur, ſecùs autem concurrit DEUS offenſus ad gravitatem offenſæ, ut dictum eſt.

Ad IV. Pœna æterna, qvam inducit peccatum mortale, eſt infinita ſecundùm quid tantum, nempè ſecundùm durationem; hujuſmodi autem effectum infinitum, poteſt inducere cauſa moralis ſimpliciter finita; & ita perſeverantia finalis cauſat viſionem DEI æternam, & in humanis poteſt contractus inducere ſervitutem perpetuam. Quare & peccatũ, quod meretur pœnam æternam, non debet eſſe ſimpliciter infinitum, ſed tantùm ſecun-

Digitized by Google

dùm quid, quatenùs ſecundum ſe eſt irreparabile, & æternum à parte poſt: Sic enim proportionatur culpa pœnæ. Hinc etiam negādum eſt peccato mortali poſſe correſpondere pœnam finitam extenſivā, ſed infinitam intenſivè; talis enim pœna non eſſet proportionata peccato mortali, utpotè de ſe infinito extenſivè; unde dolor infinitus durans unâ die, eſto ſit æqualis in ratione doloris, dolori finito duranti per æternitatem, non tamen eſt æqualis in ratione pœnæ, proportionatæ peccato.

Articulus II.

Vtrùm pura creatura poſſit ſatisfacere ad æqualitatem pro offenſa DEI mortali?

VIdetur, Quòd ſic, ut aſſerunt Aureolus, Palud. Caiet. Sotus, & alij apud Vaſq. Diſputatione 2.

I. quia res finita quàmvis ſuperioris generis, poteſt æquari per multiplicationē, vel intenſionem rei, quæ eſt in genere inferiori; quâ ratione aurum, v. g. compenſatur per argentum multiplicatum. Ergò cùm malitia peccati mortalis ſit ſimpliciter finita, quantùmvis ſit in altiori ordine, adhuc

adhuc tamen poterit ad æqualitatem cō-penſari per opera puræ Creaturæ, ſaltem per gratiam habitualem infinitam dignificata, aut ſecundùm durationem, intenſionem, & numerum infinitè aucta,

II. In ſatisfactione æquali pro gravi offenſa non opus eſt, & tantæ dignitatis ſit ſatisfaciens, quantæ dignitatis eſt offenſ⁹: Nam poteſt ruſticus pro aliqua gravi offēſa Regis ſatisfacere ad æqualitatem. V. G. Servando vitam Regis cum vitæ ſuæ periculo, quàmvis ille ruſticus non fiat Rex. Ergò ſatisfaciens condignè pro offēſa DEI mortali, non eſt neceſſè, ut ſit DEUS, ſed poteſt eſſe pura Creatura.

III. Actus amoris DEI ſuper omnia ſuper omnia ſupernaturalis elicitus à pura Creatura, ita reſpicit DEUM tanquàm objectum, ſicut reſpicit DEUM peccatū mortale. Cur ergò non erit in æquali ordine cum peccato mortali? Deinde idem actus amoris DEI, eſt tale obſequium DEI, ut, eô poſitô, à peccatore teneatur DEUS averſionē deponere, & peccatorem recipere in amicitiam, quod eſt ſignum condignæ ſatisfactionis. Ergò &c.

RESPONDETUR. *Dicendum quod pura Creatura, ſeu Creatura non unita hypoſtaticè*

Perſonæ Divinæ, pro Theologica mortali offenſâ perſonali, ſivè ſuâ, ſivè alienâ, non poteſt abſolutè ſatisfacere DEO, *etiam per actus ſupernaturales, qualescunq; & quotcunq; ſivè prioritate naturæ antecedentes gratiam habitualem, ſivè ſubſequentes, ſivè comitantes, etiam ſecundùm intenſionem, durationem, & numerum infinitos, aut dignificatos gratiâ habituali infinitâ. Eſt aſſertio communis, & potiſſimum fũdatur in authoritate SS. Patrum, Divinitatem Chriſti probantium ex ſatisfactione pro peccatis noſtris, ut videre eſt apud Suarez & Vaſquez. Ratio verò huius aſſertionis multiplex ſtatuitur ingenioſè à noſtris Recentioribus, ſuppoſito, quòd offenſa* DEI *mortalis non ſit ſimpliciter infinita.*

RATIO PRIMA eſt, quam dat Vaſq., quia in omni ſatisfactione puræ Creaturæ pro mortali, DEUS condonat partem aliquam debiti, dando ſcilicet ſatisfacienti primũ auxilium congruum, neceſſarium ad ſatisfaciendum, cujus auxilii carentiam peccator incurrit per modum pœnæ. Verùm iſta condonatio non videtur obeſſe condignæ ſatisfactioni. Nam ſi Rex ſuo offenſori gratis differat ſupplicium, & ipſe interim præſtet obſequium Regi æquale offenſæ, utiq; dicetur condignè ſatisfeciſſe, quàmvis

quàmvis illi gratis condonata ſit partialis pœna, citiùs luendi ſupplicium. & Deus dando nobis gratis Redemptorem, cuius carentiam per peccatum ita merebamur, ſicut carentiam auxilij congrui, adhuc nō impedivit condignam Chriſti ſatisfactionem pro noſtris peccatis.

Ratio Secunda. Card. de Lugo eſt. Quia cùm peccatum mortale ex ſe debeat deterrere homines à peccando, ne vileſcat eius deformitas, & creſcat facilitas peccādi, debet eſſe incompenſabile proprijs viribus puræ Creaturæ. Sed contrà eſt, quia deterrere homines à peccando, ſufficienter habet peccatū per hoc ſuum prædicatū intrinſecum, quòd ſit inductivum pœnæ æternæ: aliàs ad magis deterrendos homines deberet potiùs ſtatui in peccato hoc prædicatum, quòd ſit inamovibile etiam per merita Chriſti, & per miſericordiam Dei: quòd enim peccatum ſit inamovibile proprijs viribus puræ Creaturæ, certò tamen ſit amovibile viribus alienis, nempè Chriſti non videtur plus conducere ad deterrendos homines, quàm ſi eſſet amovibile proprijs viribus.

Ratio Tertia eſt, quam dat P. Ripalda in diſput: de Ente ſupernaturali. Quia

creatura per peccatum conſtituitur novo titulo Serva Dei, ratione cujus ſervitutis, Deus acquirit jus novum ad omnia poſſibilia obſequia puræ Creaturæ etiam æterna, ita ut poſſit ea Deus exigere titulo peccati, ſicut poteſt exigere pœnam æternam. Si autem pura Creatura poſſet condignè ſatisfacere pro peccato, eô ipsô poſſet ſe liberare ab iſta ſervitute, quod eſt abſurdum. Sed contra eſt. Cur maius acquirit Deus jus titulo peccati in omnia obſequia Creaturæ, quàm acquirat titulo Creationis, & cauſæ primæ; quô tamen jure non obſtante Chriſtus condignè ſatisfecit Deo per ſua obſequia; & nos condignè meremur gloriam.

Ratio Quarta eſt, quàm dat P. Eſparza hic Qu: 9. Quia peccatum mortale excludit ab homine gratiam habitualem & gloriam, ac habitus virtutum ſupernaturalium, ſecundùm omnes gradus abſolutè poſſibiles, adeóq; infinitos: nulla autem opera bona puræ Creaturæ inducere poſſunt infinitos gradus gratiæ & gloriæ in animam, ac proinde inter ipſa, & peccatũ mortale non datur æqualitas. Sed contra eſt, quia etiam tenebræ excludunt omnes poſſibiles gradus lucis, adeóq; infinitos:

jam

jam verò Sol nonniſi determinatos grad⁹ lucis ponit: & tamen tenebræ non ſuperant in æſtimabilitate virtutem illuminativam Solis. Nempè ut appareat, quænam ex oppoſitis duabus cauſis ſit major, non debet attendi, quid una excludat, & quid alia ponat, ſed potiùs quid utraq; excludat, & qui utraq; ponat. In præſenti autē comparatione, ſicut peccatum mortale excludit omnes gradus gratiæ poſſibiles, ita & actus contritionis excludit omnia peccata mortalia poſſibilia; & ſicut actus contritionis inducit determinatos gradus gratiæ: ita & peccatum determinatos gradus pœnæ. Unde ſi nihil aliud obſtet, dabitur æqualitas inter peccatū mortale, & actum contritionis.

Placet ergò potiùs ratio D. Thomæ, quā nunc propono. Ut ſatisfactio ſit æqualis offenſæ, ſeu ut ſit in eodem gradu morali cum offenſa, debet eſſe in ſatisfactione tantum dignitatis ex parte perſonæ ſatisfacientis, quantùm eſt dignitatis in offenſa ex parte perſonæ offenſæ. Cujus ratio eſt, quia ut inductio oſtendit, ſatisfactio non creſcit niſi ex dignitate ſatisfacientis, ſicut è contra offenſa creſcit ex dignitate offenſi. At in ſatisfactione puræ

tantùm

Creaturæ, qualiscunq; ſit Perſona ſatisfaciens etiam dignificata per gratiam habitualem infinitam, nunquam eſſe poteſt tantùm dignitatis ex parte ſatisfacientis, quantùm dignitatis eſt ex parte Dei offenſi in offenſa Dei mortali. Ergò implicat ſatisfactio puræ creaturæ, quæ ſit in æquali morali gradu cum offenſa Dei mortali perſonali Theologica.

Ex quo etiam argumento habetur, quòd pro offenſa Dei reali, quà tali poteſt pura Creatura ad æqualitatem ſatisfacere; hæc enim offenſa non creſcit ex dignitate offenſi, ſed tantùm ex quantitate, vel qualitate rei per injuriam acceptæ. Poteſt autē Deo reddi honor talis, & tantus, qualis, & quantus eſt acceptus per peccatū. Multò magis poteſt pura creatura, ad æqualitatem ſatisfacere pro peccato mortali Philoſophico, ſi hoc datur; quia cùm tale peccatum cenſeatur committi ſine notitia Dei, non accipit á Deo offenſo ſuperioritatem ordinis ſupra omnia bona opera puræ creaturæ. Pro veniali etiam culpa poteſt pura creatura condignè ſatisfacere, quia offenſa Dei levis, ſicut ex infinitate Dei offenſi non excreſcit in tantùm, ut tollat amicitiam Dei, & mereatur pœnā

æternā

æternam: ita etiam ex eadem infinitate DEI offenſi non excreſcit in tantùm, ut ſit in altiori morali ordine, quàm omnia puræ creaturæ obſequia.

Ad I. Non ſemper res ſuperioris ordinis, quàmvis finita, compenſari poteſt per alias res inferioris ordinis, etiam in infinitum multiplicatas, vel infinitè extenſas: & ita adoratio latriæ nequit compenſari per adorationes duliæ, & viſio beatifica DEI per viſiones obiectorum creatorum. Jam autem moralis offenſa DEI perſonalis habet hujusmodi ſuperioritatem ordinis ſupra bona opera puræ Creaturæ, ut probatum eſt.

Ad II. Ruſticus quatenùs ſervans vitã Regis, eſt ſecundùm quid ſuperior Rege, utpotè qui in tali caſu indiget ope ſubditi, ut liberetur à morte. Siquidem indigentia dicit aliquam inferioritatem, ſaltem ſecundùm quid. Unde ratione iſtius ſuperioritatis ſecundùm quid, obſequium ruſtici evadit ejusdem moraliter ordinis cum offenſa Regis, eandemq; ad æqualitatem compenſat; quia tunc non quidem formaliter, ſed tamen æquivalenter habetur tantùm ex parte ſatisfacientis, quãtùm eſt ex parte offenſi. At verò reſpectu DEI

nulla

nulla ſuperioritas etiam ſecundùm quid, nullaq; æqualitas convenire poteſt puræ Creaturæ, ut patet, & ideò non currit paritas.

Ad III. Actus amoris DEI ſuper omnia accipit quidem à DEO amato quandam infinitatem ſecundùm quid, & ordinis ſuperioritatem, ſed tamen minorem, quàm accipiat peccatum mortale à DEO offenſo. Cujus ratio eſt, quia quando alicui Perſonæ non indigenti debetur amor, ſicut debetur DEO, tunc minus eſt bonum amare illam perſonam, & maius eſt malum odiſſe eandem, ut etiàm in humanis videre eſt. Quòd verò idem actus amoris DEI ſit incompoſſibilis cum peccato, & conſequēter cum indignatione DEI, habet hoc non ex magnitudine ſuæ bonitatis, ſed ex connexione ſua intētionali cum illa promiſſione DEI, & revelatione. *Ego diligētes me diligo*, & ideò adhuc non eſt ſatisfactio æqualis pro peccato, ſicut non eſſet pariter condigna ſatisfactio pro peccato actus fidei, quo crederem hîc & nunc liberaliter mihi condonari peccatum, quàmvis hic actus fidei eſſet incōpoſſibilis cum peccato propter connexionem intentionalem cum decreto DEI.

Arti-

Articulus III.

Vtrùm ſaltem poſſit pura creatura mereri de condigno remiſſionem peccati mortalis?

VIdetur, quòd ſic, ut aſſerit P. Vading', hîc D. 1. dub: 5. & P. Ripalda diſp: 96. de ente ſupern: Sect: 4. I. *Quia homo juſtus per actum ſupernaturalem poteſt, ſicut ſibi, ita & alteri mereri de condigno gratiam ſanctificantem. Ergò etiam poteſt mereri de condigno alteri remiſſionem peccati mortalis. Gratia enim digna eſt ex ſe, ut ei adiungatur remiſſio peccati mortalis.*

II. *Poteſt pura Creatura in gratia exiſtens mereri de condigno peccatori auxilium efficax ad actum contritionis, hoc enim non eſt altioris ordinis ſupra actum ſupernaturalem juſti: Ergò poteſt etiam ſimiliter mereri remiſſionem peccati mortalis, quæ utiq; infallibiliter ſequitur poſt obtentum peccatori auxilium efficax ad actum contritionis. Et ſanè Chriſtus non aliter meruit de condigno adultis remiſſionem peccati mortalis extra uſum ſacramentorum, niſi quia meruit illis auxilia efficacia ad contritionem.*

III. *Ut arguit quidam Rom: Theologus in M. S. Remiſſio peccati mortalis non ſuperat meritum condignum puræ Creaturæ ratione utilitatis*

tatis, quam affert peccatori; utilior enim eſt incapacitas peccandi, ſeu ſtatus beatitudinis, utilior item eſt præſervatio à peccato; & tamen hæc cadere poſſunt ſub meritum condignum puræ creaturæ. Non etiam remiſſio ſuperat meritum condignum puræ creaturæ ratione, æſtimabilitatis, quam habet apud Deum, *eò quòd* Deus *cedat juri offenſi. Difficultas enim cedendi juri offenſi oritur apud homines, inprimis ex tenacitate odij, & vindictæ,* Deo *autem proprium eſt miſereri & parcere. Deinde oritur ex magna appretiatione honoris conducẽtis ad felicitatem:* Deus *autem honores humanos, non æſtimat ad ſuam felicitatem. demum apud homines retentio juris offenſi reputatur, ut medium unicè requiſitum ad conſervandum apud alios honorem offenſi:* Deus *autem pro libitu poteſt facilè conſervare, & augere ſuum honorem apud homines. Ex nullo ergò capite repugnat, ut pura creatura mereatur de cõdigno remiſſionem peccati mortalis.*

Respondetur. *Satisfactio definitivè eſt obſequium, quô extinguitur jus offenſi ad indignandum. Meritum verò eſt opus bonum, ut motivum voluntatis alterius ad illud præmio compenſandum. Hoc autem duplex eſt, aliud de condigno, aliud de congruo. Meritum de cõdigno eſt; quod meretur præmium æquale, ſivè æqualita-*

æqualitate arithmetica rei ad rem, ut quidam putant, ſivè æqualitate proportionis geometricæ, quæ tamen tanta eſſe debet, ut exigat acceptationem meriti in ordine ad præmium, quæ proinde acceptatio non ſit ſimpliciter arbitraria renumeratori; alioquin enim meritum condignum non differret à congruo. Porrò meritum de congruo (de quo non procedit præſens quæſtio) eſt illud, quod meretur præmium plusquam æquale abſolutè loquendo. Hoc poſito.

DECENDUM eſt cum S. Thoma prima 2dæ. q: 114. art: 6. & cum ſententia communi: *Etiam de potentia abſoluta* (nam potentia ordinaria certum eſt, iuxta quam meritum condignum juſti occupatur in promerendo augmento gratiæ, & gloriæ ſibi præcisè,) *non poteſt ulla Creatura mereri de condigno remiſſionem peccati mortalis, ſivè ſibi, ſivi alteri.* Hæc aſſertio fundatur potiſſimum in authoritate SS. Patrum, & præſertim S. Leonis Serm: 12. de paſſione dicentis: *Nulla Sanctorum merita conditionē poterant illatæ mortis evincere.* Et Auguſtini lib: 1. de pecc: mer. C. 14. dicētis: *Quisquis auſus fuerit dicere, juſtifico te,* (quod utiqué auderet dicere merens alteri remiſſionem peccati mortalis,) *Conſequens etiam eſt, ut dicat: Crede in me, quod nemo Sancto-*

rum dicere poteſt, niſi Sanctus Sanctorum.

PROBATUR deinde ratione, quia Majeſtas DEI tanta eſſe debet, quâ major cogitari non poſſit. At dignior eſt illa majeſtas, cuius læſio à nullo ſubdito aboleri poteſt condignè tàm per modum ſatisfactionis, quàm per modum meriti. Ergò talis eſt Divina majeſtas.

PROBATUR præterea, quia licèt remiſſio peccati non ſit tanti æſtimabilis in genere boni ex parte peccatoris, quanti eſt æſtimabile peccatum in genere mali, ſicut etiam carentia doloris, non eſt tàm bona homini, quàm malus eſt dolor: nihilominùs tamen ex parte DEI remittentis peccatum, in ratione beneficij tanti æſtimatur remiſſio peccati, quanti æſtimatur ipſum peccatum. Quòd ipſum probatur dupliciter. Tùm quia remiſſio confertur peccatori contra moralem reſiſtētiam peccati, ac proinde requirit tantam vim beneficam & favorem conferentis, quanta eſt indignitas peccati reſiſtētis, ſicut etiam in phyſicis debet eſſe tanta ad minimum vis activa agentis producentis formam, quanta eſt vis reſiſtitiva paſſi. Tùm quia remiſſio peccati mortalis eſt depoſitio odij Divini adversùs peccatorem, ſeu

ſeu ceſſio juris acquiſiti ex peccato] ad indignandum, quæ ceſſio juris, & depoſitio odij tanti valet, quanti peccatum mortale: ſicut etiam ipſum jus ad averſionem, odiumq́; Divinum, quoad gravitatē, quam deſumit ex objecto, tāti valet, quanti peccatum mortale. Ut ergò qvis mereatur de condigno remiſſionem peccati mortalis, & quaſi juſto pretio apud DEUM emat hanc remiſſionem, debet dare obſequium DEO æquale peccato mortali, æquale inquam, vel æqualitate arithmetica, vel æqualitate proportionis geometricæ, qualis eſt inter meritum hominis juſti, & inter gloriam ipſius. Et tamen hæc æqualitas utraq́; cum peccato mortali repugnat obſequio puræ creaturæ, utpotè quod eſt in ordine inferiori, ſicut vidimus quæſtione præcedenti: Repugnat ergò ſimiliter puræ creaturæ meritum condignum remiſſionis peccati mortalis.

Ad I. Homo juſtus poteſt quidem de potentia abſoluta mereri alteri juſto gratiam ſanctificātem, non tamen alteri peccatori: licèt enim utrobiq́; gratia entitativè ſit ejusdem ſpeciei, non tamen in ratione beneficij ex parte dantis, ut dictum eſt: & ideò non poteſt homo juſtus mereri remiſ-

ri remiſſionem peccati mortalis. Nempè gratia digna eſt, ut ei adjungatur remiſſio peccati mortalis, ex ſuppoſitione quòd gratia fuerit collata peccatori, quæ tamen ſuppoſitio non cadit in meritum condignum puræ creaturæ.

Ad II. Conceſſo antecedente ſecūdùm potentiam abſolutam, negatur conſequētia; quia poſt auxilium efficax ad actum contritionis, ſequitur infallibiliter ipſe actus cōtritionis, æſtimabilior auxilio, & quidem per induſtriam & libertatē operantis acquiſitus: & rurſus actum contritionis ſequitur infallibiliter ex liberali promiſſione Dei ipſa remiſſio peccati, æſtimabilior actu contritionis. Unde non ſequitur quod hanc mereretur de cōdigno purus homo, qui mereretur alteri auxiliū efficax ad actum contritionis. Sicut operarius, qui meretur de condigno 10. aureos, quibus per induſtriam ſuam lucratur alios 20, quos deinde certò ſequitur donatio liberalis aureorum 30, nō dicetur mereri de condigno aureos 60. De Chriſto Domino alia eſt ratio, quia ipſe voluit quidem nobis mereri remiſſionem extra Sacramenta mediante contritione, pro quâ nobis meruit auxilium efficax; ſed pro

obtinendo

Digitized by Google

obtinendo auxilio efficaci obtulit ſuum meritum non ſolùm auxilio, & contritioni æquale, ſed etiam remiſſioni, imò majus; & ideò remiſſionem nobis meruit de condigno.

Ad III. Tranſeat quòd remiſſio peccati non ſuperet meritum condignum puræ Creaturæ ratione utilitatis, quam affert peccatori: nego, quòd non ſuperet ex eo, quia Deus remittens deberet cedere juri offenſi, ad hoc quaſi obſtrictus & permotus obſequio puræ creaturæ, tanquàm æquivalente illi ceſſioni juris. Neq; enim hoc provenit ex aliqua difficultate cedendi juri offenſi, quam habeat Deus, ut evincit obiectio: ſed potiùs provenit ex eo, quia obſequium puræ creaturæ nequit eſſe æquale illi ceſſioni juris Divini, ut nos probavimus.

Articulus IV.

Vtrùm valor ſatisfactionis, & meritorum Chriſti ſit ſimpliciter infinitus?

Videtur, quòd non, ut ſẽtit Scotus. Primò. Quia meritum ſimpliciter infinitum ad hoc, ut inducat præmium ſibi proportionatum, non indiget liberali acceptatione

ri remiſſionem peccati mortalis. Nempè gratia digna eſt, ut ei adjungatur remiſſio peccati mortalis, ex ſuppoſitione quòd gratia fuerit collata peccatori, quæ tamen ſuppoſitio non cadit in meritum condignum puræ creaturæ.

Ad II. Conceſſo antecedente ſecūdùm potentiam abſolutam, negatur conſequētia; quia poſt auxilium efficax ad actum contritionis, ſequitur infallibiliter ipſe actus cōtritionis, æſtimabilior auxilio, & quidem per induſtriam & libertatē operantis acquiſitus: & rurſus actum contritionis ſequitur infallibiliter ex liberali promiſſione Dei ipſa remiſſio peccati, æſtimabilior actu contritionis. Unde non ſequitur quod hanc mereretur de cōdigno purus homo, qui mereretur alteri auxiliū efficax ad actum contritionis. Sicut operarius, qui meretur de condigno 10. aureos, quibus per induſtriam ſuam lucratur alios 20, quos deinde certò ſequitur donatio liberalis aureorum 30, nō dicetur mereri de condignò aureos 60. De Christo Domino alia eſt ratio, quia ipſe voluit quidem nobis mereri remiſſionem extra Sacramenta mediante contritione, pro quâ nobis meruit auxilium efficax; ſed pro obtinendo

Digitized by Google

obtinendo auxilio efficaci obtulit ſuum meritum non ſolùm auxilio, & contritioni æquale, ſed etiam remiſſioni, imò majus; & ideò remiſſionem nobis meruit de condigno.

Ad III. Tranſeat quòd remiſſio peccati non ſuperet meritum condignum puræ Creaturæ ratione utilitatis, quam affert peccatori: nego, quòd non ſuperet ex eo, quia Deus remittens deberet cedere juri offenſi, ad hoc quaſi obſtrictus & permotus obſequio puræ creaturæ, tanquàm æquivalente illi ceſſioni juris. Neq; enim hoc provenit ex aliqua difficultate cedendi juri offenſi, quam habeat Deus, ut evincit obiectio: ſed potiùs provenit ex eo, quia obſequium puræ creaturæ nequit eſſe æquale illi ceſſioni juris Divini, ut nos probavimus.

Articulus IV.

Vtrùm valor ſatisfactionis, & meritorum Chriſti ſit ſimpliciter infinitus?

Videtur, quòd non, ut ſētit Scotus. Primò. Quia meritum ſimpliciter infinitum ad hoc, ut inducat præmium ſibi proportionatum, non indiget liberali acce-

ptatione remuneratoris: nàm per ſe ipſum movet infinita vi, cui voluntas remuneratoris reſiſtere non poteſt. Et idem dici debet à fortiori de ſatisfactione infinita. At verò ſatisfactio Chriſti, ut haberet cōdignitatem in actu ſecundo, pro noſtris peccatis, indigebat liberali illa acceptatione DEI, quâ DEUS voluit Chriſtum eſſe Caput noſtrum, & Fidejuſſorem: ſine hâc enim DEI acceptatione Chriſtus non egiſſet, nec paſſus fuiſſet nomine hominū, ac proinde potuiſſet ſatisfactio Chriſti à DEO non admitti, utpotè non exhibita ab offenſore per ſe, nec per alium nomine ſuo. Requirebatur deinde ad actuale meritū Chriſti alia acceptatio DEI libera, quâ DEUS Chriſto propoſuit tale ac tantum præmium conferendum, his potiùs, quàm alijs hominibus. Cujus ratio eſt: tùm quia DEUS eſt abſolutus Dominus ſuorum donorum, ac proinde non poteſt cogi ad diſtributionem illorum, niſi in quantùm ipſe voluerit. Tùm quia voluntas Chriſti applicans ſua merita cōformabat ſe Divinæ voluntati ſimili & priori, utpotè primæ regulæ morum. Non fuit ergò infiniti ſimpliciter valoris meritum & ſatisfactio Chriſti.

Secundò

SECUNDÒ. Merito ſimpliciter infinito correſpondet præmium ſimpliciter infinitum, utpotè æquale merito. At verò meritis Chriſti non correſpondet præmium ſimpliciter infinitum: defacto enim meritis Chriſti in præmium data ſunt finita in ſpecie, numero, & intenſione, dona gratiæ, & gloriæ conferenda creaturis rationalibus; & tamen hoc præmium datũ eſt juxta exigentiam meritorum Chriſti. Imò præmium ſimpliciter infinitum implicat, quia ut ſuppono implicat infinitũ categorematicum creatum, quod ſolum in creatis eſt infinitũ ſimpliciter: ac proinde, ſi meritis Chriſti correſpōderet præmium ſimpliciter infinitum, correſponderet chimera.

RESPONDETUR. *Tenenda eſt ſententia magis communis Theologorum, Actiones Chriſti Theandricas in ratione meriti & ſatisfactionis conſideratas, in actu quidem primo eſſe ſimpliciter infinitas, tàm intenſivè, quàm extenſivè: in actu autem ſecundo eſſe ſolum infinitas ſimpliciter intenſivè. Senſus eſt merita Chriſti Domini poſſunt ex ſe movere, infinitâ vi ad obtinendum præmium ſimpliciter infinitum: de facto tamen movent actu, infinitâ vi, ad obtinendum præmium ſimpliciter finitum. Ratio*

eſt, quia denominatio meriti, (idem dic de ſatisfactione) duas intrinſecè dicit partes, nempè in recto, opus honeſtum, in obliquo verò dignitatem operantis: eſt enim meritum definitivè id quod movet voluntatem præmiativam: jam verò, non ſolùm opus bonum, ſed etiam dignitas operantis, (dummodò non ſit impertinens ad finem præmij propoſiti à remuneratore, ſicut impertinenter ſe habet ad ſtipendium dignitas militis Chriſtiani,) immediatè & ratione ſui movet voluntatem præmiantis ad dandum præmium; & ideò, ut conſtat inductione, quò maior eſt dignitas operantis, etiam ipſi ignorata, eò majus eſt motivum præmij. Igitur etiam meritum Chriſti conſtituitur intrinſecè, & per actionem Chriſti Theandricam, & per dignitatem Verbi operantis, quæ cùm ſit ſimpliciter infinita, etiam denominatio tota meriti Chriſti eſt ſimpliciter infinita, ne dicatur pars eſſe maior ſuo toto. Unde etiam patet, quòd Actio Chriſti Theandrica, ſi ſumatur, ut Actio eſt, phyſicè loquendo, non eſt ſimpliciter, ſed tantùm ſecundùm quid infinita, quia ſic ſumpta Perſonam Verbi dicit extrinſecè, & à denominatione meriti, ac ſatisfactionis diſtinguitur, ut pars à toto. Moraliter tamen Actio Chriſti ſic ſumpta poteſt dici eſſe ſimpliciter infinita propter unionem immediatam cum Perſona Verbi ſimpliciter infinitam.

Ad I.

Ad I. Conceditur quod meritum Chriſti & ſatisfactio in actu ſecundo, importet duplicem illam Dei acceptationem, quam benè probat objectio: quia tamen illam dicit, non ut vim partialem motivā collationis præmii, ſed ut meram conditionem, ſine quâ opera Chriſti, non haberent rationem actualis meriti, & ſatiſfactionis: ideò talis acceptatio Divina non derogat infinitudini ſatisfactionis & meriti Chriſti: nam etiamſi eſſet ignis infinitè calidus, adhuc indigeret approximatione, & diſpoſitione ſubjecti ad urēdum, & tamen adhuc diceretur eſſe ex ſe infinitæ virtutis uſtivæ.

Ad II. Quòd de facto meritis Chriſti correſpondeat præmium ſimpliciter finitum, ſolùm probat, merita Chriſti in actu ſecundo eſſe ſimpliciter finita extenſivè, utpotè limitata per voluntatem Chriſti, pro ſuis meritis præmium determinatum volentis; quàmvis adhuc merita Chriſti in actu ſecundo ſint ſimpliciter infinita intenſivè, quatenus ad finitum præmium tātâ vi movent, ut eis vis infinita Divina reſiſtere non poſſit; aliâs enim deberet Deus Perſonam Verbi contemnere. Cæterum in actu primo merita Chriſti ſunt eti-

am ſimpliciter infinita extenſivè, quia licèt illis non correſpondeat aliquod præmium categorematicè infinitum, correſpondet tamen præmium majus, ac majus ſine fine, qualis infinitudo rei, quàmvis ſit tantùm ſecundùm quid in ratione entis, eſt tamen infinitudo ſimpliciter in ratione præmij. Addunt alij, poſſe dari meritis Christi pro præmio exiſtentiam alteri⁹ Chriſti, aut alterum meritum Chriſti, quod præmium eſſet categorematicè infinitū. Sed nobis hæc doctrina non omninò placet: quia per meritum debet ille, qui meretur aliquid lucrari: Chriſtus autem præſens per exiſtētiam alterius Chriſti potiùs pateretur detrimētum illius excellentiæ comparativæ, quam habet humanitas illius aſſumpta ſupra omnes alias creaturas: certè per aliud ſubſequens meritum utpotè laborioſum, ſibi collatum in præmium prioris meriti, nihil lucraretur.

Articulus V.

Vtrùm ſatisfactio Chriſti fuerit ſecundùm rigorē juſtitiæ?

VIdetur, quòd non, ut ſentit Vaſq: diſp: 7. & 8. & Roſmer in Theſ: Theog: pag: 795. I. Quia

I. Quia ſatisfactio Chriſti non fuit ad alterum: fiebat enim à DEO, & exhibebatur DEO: juſtitia autem rigoroſa eſt virtus ad alterum, ut docet Philoſophus, & D. Thomas. Ergò &c.

II. Satisfactio juſtitialis debet fieri à debitore: Chriſtus autem non fuit debitor, quia fuit innocẽs, & ſegregatus à peccatoribus. Ergò &c.

III. Non eſt ſecundùm rigorem juſtitiæ reſtitutio, quæ eſt ex bonis creditoris, alioquin nihil acquireret creditor de novo, quô illi fieret cõpenſatio damni: Chriſtus autem ſatisfaciebat, tùm per opera ſua meritoria, quæ erãt ſub Dominio DEI, quod DEUS habet ſupra omnes res creatas: tùm etiam per dignitatem Verbi, quæ itidem erat maximè propria DEI Creditoris, nempè per identitatẽ. Ergò Chriſtus non ſatisfecit ſecundùm rigorem Juſtitiæ.

IV. Satisfactio ſtrictè & perfectè juſtitialis, independenter à conſenſu offenſi extinguit debitum ſatisfaciendi, ita ut nõ poſſit non acceptari ab offenſo in ordine ad remittendam offenſam, niſi irrationabiliter. Jam verò ſatisfactio Chriſti poterat abſolutè non acceptari à DEO, ſeclusâ DEI ordinatione liberâ; quia ut valeat

ſatisfa-

ſatisfactio exhibita pro alio, debet fieri nomine alterius, annuente creditore. Signum ergò, eſt quòd ſatisfactio Chriſti non fuerit ſecundùm rigorem iuſtitiæ.

RESPONDETUR. *Dicendum eſt: ſi poteſt dari ſtricta juſtitia Creaturæ ad* DEUM *(de quo diſputatur in Tractatu de juſtitia & nos diximus in qq. Sel: ad 2dam 2dæ q: 7.) nulla eſt ſpecialis ratio, cur ſatisfactio Chriſti non potuerit eſſe ſtrictè juſtitialis, ut patebit ex ſolutione objectionum: ac proinde de facto talem fuiſſe dicendum eſt, ut commodius explicentur authoritates Scripturæ & Patrum: qualis eſt illa de Chriſto, Rom. 3. Quem propoſuit* DEUS *ad oſtenſionem juſtitiæ. Et illa Baſilij Orat: de Incarnatione, Per Chriſtum omnem rationem iuſtitiæ fuiſſe expletam.*

QUÆRI hic ſolet: An à Virtute juſtitiæ elicita fuerit ſatisfactio Chriſti? Vaſquez dicit à nulla ſpeciali virtute elicitam fuiſſe, ſed ab omnibus, ſicut etiam apud nos omnes virtutes elicitivè concurrunt ad hoc, quod eſt emere cœlum. Suarez ponit: in Chriſto ſpecialem quandam juſtitiam conſervativam iuris Divini illæſi, & reparativam læſi, dicitq; ab hac Virtute elicitam fuiſſe ſatisfactionem Chriſti. Bernal. dicit: in Chriſto hanc Virtutem eſſe innomi-

innominatam, & diſtinctam ab omnibus Virtutibus,, quæ enumerantur à Philoſophis & Theologis, cujus motivum ſit honeſtas ſatisfaciendi ſuperabundanter pro offenſa DEI perſonali. Caietanus vult in Chriſto hanc Virtutem eſſe Religionem, ad quam ſpectat reddere DEO honorem ablatum per peccatum. Martinus Perez dicit: in Chriſto hanc Virtutem eſſe ejusdem ſpeciei cum illa, quæ in nobis vocatur pœnitentia, quàmvis ſic non appelletur in Chriſto. Mihi probabilius videtur, quòd ad Chriſti ſatisfactionem plures, nõ tamen omnes virtutes concurrebant elicitivè. Ratio eſt quia in hoc objecto, *Cõpenſare offenſam* DEO *illatam pro peccatoribus*, includitur formaliter Primò honeſtas, ſublevandi miſeriam alienam, quam honeſtatem formaliter reſpicit Miſericordia. Secundò includitur formaliter oblatio honoris DEO ablati, quod pertinet formaliter ad Religionem. Tertiò includitur formaliter ſaltem reſpectu aliquorũ peccatorum V. G. reſpectu contumeliæ Divinæ reparatio juris proprietatis Divini læſi, quod ſpectat formaliter ad juſtitiam erga DEUM, quamvis hæc ſit alterius ſpeciei à juſtitia erga homines. Quartò fortè

etiam

Digitized by Google

etiam includitur formaliter honeſtas pœnitentiæ & pietatis ſpiritualis erga filios. Cùm ergò Chriſtus Dominus in ſua ſatisfactione, volens compēſare offenſam Divinam pro peccatoribus, præcognoverit diſtinctè omnes honeſtates harum virtutum, formaliter incluſas in ſuo objecto, cùmq́; ut par eſt credere, non elicuerit actus tantùm materialiter honeſtos, ſed potiùs incendendo propter ſe omnem honeſtatem formaliter incluſam in objecto, ſequitur, quod ſatisfactionem elicuerit ex pluribus Virtutibus enumeratis.

Ad I. Sicut Tutor repræſentans Perſonam pupilli, poteſt ſibi tanquàm creditori reſtituere ex bonis pupilli juſtitialiter: ita & Chriſtus repræſentans Perſonā peccatorum, ut Tutor ipſorum, poterat pro ipſis ſatisfacere juſtitialiter Deo: utrobiq́; enim actus Juſtitiæ eſt ad alterū non phyſicè, ſed moraliter, & repræſentativè.

Ad II. Similiter dicitur ſatisfactionem Chriſti fuiſſe exhibitam à debitore non formaliter, ſed repræſentativè, quatenùs Chriſtus repræſentabat nos formaliter debitores, tanquàm caput membra, & operationes capitis cenſentur eſſe operationes membrorum.

Ad III.

Ad III. Chriſtus ita ſatisfecit ex bonis Dei Creditoris, ut etiam ſatisfecerit ex proprijs ſibi; quatenùs repræſentativè alteri & diſtincto à Deo creditore proprijs. Satisfecit enim per opera humanitatis, quæ erant propria Chriſti, titulo dominij phyſicæ libertatis, nec non titulo Perſonæ terminantis humanitatem, eamq; ultimò complentis in ordine ad operandū. Et ſic Chriſtus ſatisfaciendo pro nobis, tribuebat Deo aliquid de ſuo, non quidem transferendo in Deum dominium rei antea exiſtentis; bene tamen ponendo liberè actu opus meritorium ſub dominio Dei, quod ante hujuſmodi poſitionem, non fuit actu ſub dominio Dei; quo pacto etiā è contra aufertur à Deo honor debitus per peccatum. Quod ſpectat ad Perſonam Verbi, per quam etiam Chriſtus ſatisfaciebat: hæc quidem erat per identitatē propria Deo creditori, ſimul tamen titulo Unionis fuit propria Chriſto, quatenùs debitorem repræſentanti: & ideò potuit per hujuſmodi Perſonā fieri ſatisfactio Chriſti, tanquam per principium dignificativum ſatisfactionis.

Ad IV. Satisfactio quando exhibetur nomine alterius, dūmodò ſit æqualis of-

fenſæ,

ſenſæ, evadit juſtitialis, ſuppoſitâ liberâ acceptatione offenſi; eò modò, quô fur, qui abſtulit equum conſtantem 100. aureis, ſatisfacit ex Juſtitia, reſtituendo loco equi 100. aureos, Domino conſentiente. Idem ergò dicendũ de ſatisfactione Chriſti, quâmvis hæc ſupponebat liberam acceptationem Dei tanquàm conditionem ſine quà non.

Quæſtio III.

De Decreto Incarnationis,

SEquitur, ut agamus de cauſa Incarnationis efficiente, quæ eſt Decretum Dei. Et de hoc Quæritur I. Quæ motiva habuerit Deus decernendæ Incarnationis. II. An ex vi præſentis Decreti Chriſtus veniſſet, ſi Adam non peccaſſet. III. Quo ordine Deus decreverit exiſtẽtiam Chriſti, & permiſerit peccatum Adæ.

Articulus I,

Vtrùm decreta ſit Incarnatio propter remedium peccati tanquàm propter finem adæquatum?

VIdetur ex una parte quòd ſic, ut docent Thomiſtæ, propter authoritatem Scripturæ, quæ non aliam aſſignat cauſam finalem

nalem adventûs Chriſti, niſi noſtram à peccato liberationem. Quod etiam docent Sancti Patres, præſertim Auguſt: lib. I. de pec: mer: & remiſs: ubi dicit: *Dominum* IESUM *non ob aliam cauſam in carne veniſſe, niſi ut omnes vivificaret, liberaret, redimeret, illuminaret, qui priùs fuiſſent in peccatorum morte, languoribus &c.*

Ex alia parte videtur eſſe vera ſententia Scotiſtarum, adæquatum motivum decernendi ſubſtantiam Incarnationis fuiſſe excellentiam intrinſecam Chriſti: remedium verò peccati ſolùm fuiſſe motivum decernendi exiſtentiam Chriſti, quoad circumſtantiam & modum carnis paſſibilis. RATIO eſt, quia ſapiẽs artifex, qualis eſt DEUS, id quod eſt perfectius, intendit propter ſe, & tanquàm finem; & quod minùs eſt perfectum eligit, tanquàm medium ad finem. Cùm ergò exiſtẽtia Chriſti ſit quid perfectius remedio peccati, nõ debebat à DEO ordinari remedium peccati, ſed potius debebat propter ſe adæquatè intendi.

RESPONDETUR. *Quæſtio præſens non procedit de motivo volendi Incarnationem; hoc enim motivum dixi in prima parte diſp. 1. de* DEO *qu: 1. eſſe ſolam* DEI *bonitatem; ſed de*

 motivo

motivo producendi Incarnationem: Unde ſapienter dixit S. Thomas: Deus non propter hoc vult hoc, ſed hoc vult propter hoc, *id eſt* Deus *vult ut creatura A, ſit finis Creaturæ B, ſed hoc ipſum non vult motus à Creatura A, tanquàm à cauſa finali ſuæ volitionis. Poteſt tamen quis hanc quæſtionem inſtituere de motivo creato volitionis Divinæ, non ſecundùm rem, ſed ratione noſtra, quatenus apprehendēte volitiones Divinas ad inſtar volitionum creatarum, quæ ab objectis extrinſecis moventur. Item poteſt dici, quòd bonitas creata ſit motivū Divinæ volitionis ſolùm æquivalenter, & in ratione ſigni, quatenùs* Deus *ita ſignificat ſe facere aliquid intuitu creaturæ, ac ſi moveretur ab ipſa. Hoc poſito ſit.*

Propositio I. *Motivum & finis decretæ à* Deo *Incarnationis fuit & remedium peccati, & excellentia Chriſti, & perfectio univerſi, & dignitas capitis reſpectu creaturarum rationalium.* Ratio eſt, quia nihil boni provenit ex operibus Dei, Deo non præſciente, aut non intendente illud bonum, tanquàm finem ſuæ operationis ad extra: Cùm ergò ex Incarnatione omnnia bona modò enumerata provenerint, ſequitur, quòd ea Deus præſciverit, & intēderit tanquā finem Incarnationis. Et quidem de remedio

dio peccati habetur expreſsè, tùm alibi, tùm ad Rom: 3. *Quem* DEUS *propoſuit propitiationem per fidem propter remiſſionem præcedentium delictorum.* Et Luc: XIX. *Venit filius hominis quærere & ſalvum facere quod perierat.* De dignitate item capitis etiam reſpectu innocentum habetur ad Eph: I. ubi dicitur: *Ipſum,* id eſt Chriſtum, *dedit caput ſuper omnem Eccleſiam.* Deniq; quod excellētia Chriſti etiam volita ſit propter ſe, colligitur ex illo dicto Chriſti in Apocalipſi: *Ego ſum Alpha & Omega.* Id eſt finis propter ſe amatus. Et ex illo ad Eph: I. *Prædeſtinavit nos per Ieſum Chriſtum,* tanquam per cauſam meritoriam, *in ipſum,* nempè tanquàm in finem noſtrum, qui utiq; intenditur propter ſuam bonitatem, & excellentiam.

PROPOSITIO II. *Fines prædicti Incarnationis non erant totales in actu ſecundo, ſed partiales.* Ratio eſt, quia actio externa, quæ fit propter duos fines totales in actu ſecudo; ſi deficiat unus finis, adhuc remanet ex vi alterius finis remanentis, utpotè dantis in ſuo genere totum eſſe, & totaliter effectui. At deficiente remedio peccati, & manente excellentia Chriſti in mente DEI, non fuiſſet opus Incarnationis, ut

 dice-

dicemus quæſtione ſequenti. Ergò excellentia Chriſti non fuit finis totalis in actu ſecundo Incarnationis. Idem autem dicendum de remedio peccati, & dignitate capitis.

Ad I. Patet ex dictis, quòd Scriptura præter remedium peccati, exprimat, aut ſaltem inſinuet alios fines Incarnationis. Auguſtinus verò, & aliqui Patres in hoc ſenſu dicunt, nullam aliam fuiſſe cauſam Incarnationis præter remedium peccati, quatenus nulla fuit cauſa adæquata finalis Incarnationis, non includens Redemptionem, quàmvis fuerint aliæ cauſæ partiales.

Ad II. Exiſtentia Chriſti ita volita eſt à Deo propter remedium peccati, tãquam propter finem Qui, & propter nos, tanquam propter finem Cui, ut ipſum remedium peccati volitum ſit propter gloriam Chriſti habentis ſe ut finis Cui; quod videtur docere Trid: Seſs. 6. cap: 7. Poteſt autem ſapienter ordinari cauſa nobiliſſima ad effectum minùs nobilem, ita ut non ordinetur tanquàm purum medium, ſed potiùs ita, ut ipſe effectus ulteriùs ametur propter cauſam, in qua tãdem ultimatè ſiſtatur. Sic enim Rex poteſt creare ducem

belli

belli propter victoriam, ipſamq; victoriã ordinare ad gloriam Ducis, tanquàm ad finem Qui, & ad ipſum Ducem tanquàm ad finem Cui. Et de facto Angelus creatus in gratia, ordinatus fuit ad operãdum ſupernaturaliter, ipſa verò ejus operatio ſupernaturalis volita fuit propter Angelum, ejuſq; gloriam.

Articulus II.

Vtrùm ex vi præſentis Decreti Verbi Incarnatum fuiſſet, ſi homo non peccaſſet?

VIdetur, quòd ſic: ut opinatur Scotus, & è noſtris Suarez, Mart: Perez, Petrus Hurt: Bertholdus & alij. I. Quia aliàs ſequeretur, quòd Incarnatio Verbi, quæ eſt opus DEI perfectiſſimum, eſſet bonum per accidens & occaſionatum, non ſecús ac pœnitentia, quæ eſt bonum volitum nonniſi ex occaſione peccati. Unde ulteriùs ſequeretur, quòd Chriſti exiſtentia depẽderet ab exiſtentia peccati, & ſic Chriſtus amando ſuam exiſtentiã, non poſſet diſplicere ſibi de exiſtentia peccati, utpotè ſine quo non extitiſſet.

II. Amor DEI eſt major erga innocentes, quàm erga peccatores. Ergò bonum

Incarnationis non fuiſſet denegatum innocentibus, quod conceſſum eſt peccatoribus.

III. Independenter à peccato, propter perfectionem univerſi, DEUS collocavit in univerſo non tantum gradum ſubſtantiæ purè ſpiritualis completæ ſeu Angelicæ, neq; tantùm gradum ſubſtantiæ purè materialis completæ, ſed etiam tertium gradum ſubſtantiæ, compoſitæ ex natura ſpirituali & corporali, nempè hominem. Ergò etiam independenter à peccato propter perfectionem univerſi, collocavit quartum gradum ſubſtātiæ perfectiſſimæ, cōpoſitæ ex natura rationali creata, & ex ſubſiſtētia Divinâ, id eſt Chriſtum: aliàs enim univerſum eſſet imperfectum, utpotè non habēs omnes gradus Entiū, eſſetq; ſine Chriſto, quædā imago ſine capite.

RESPONDETUR. Quia Ly *Ex vi præſentis Decreti duplicem facit ſenſum; ideò in utroq; ſenſu per duplicem propoſitionem noſtram, ſatisfiet quæſtioni præſenti.*

PROPOSITIO I. *Adamo non peccante Chriſtus non veniſſet ex vi præſentis decreti in hoc ſenſu, quòd non veniſſet per idem numero decretum, per quod de facto præfinitus eſt.* Patet, quia mutato objecto decreti etiam partiali, non

li. non remanet idem decretum, prout ultimò applicatum ad ſuum objectum: jam verò Adamo non peccante, non maneret objectum ſaltem totaliter idem præſentis decreti; quia ceſſaret remedium peccati originalis. Ergò nec decretum idem numero maneret, quatenùs ultimo applicatum ad ſuum objectum.

PROPOSITIO II. *Præſens decretum Incarnationis, prout nobis cognitum ex Scriptura & Patribus, eſt futuritio conditionata Decreti nolentis exiſtentiam Chriſti pro illo eventu, pro quo Adam non peccaſſet:* ſeu quod idem eſt, ex modo tendendi, quo nobis ex Scriptura & Patribus innoteſcit fieri de facto DEUM in exiſtentiam Chriſti, infertur Chriſtum non venturum fuiſſe, ſi Adam non peccaſſet: Unde in hoc etiam altero ſenſu, ex vi præſentis Decreti Chriſtus, ne quidē per alterum decretum, veniſſet, Adamo non peccante. Ita S. Thomas hic Qu: 1. Art 3. Ratio eſt, quia inprimis Scriptura Joan. III, & alibi, ſæpè exaggerat affectum DEI erga peccatores, quòd illis Filium ſuum dederit: hæc autem exaggeratio eſſet frivola, ſi Chriſtus aliàs veniſſet deficiente remedio peccati: Sicut Petrus non poſſet exaggerare ſuum affectū erga Pau-

lum, quòd propter ejus è carcere liberationem venerit Cracoviam, ſi aliâs veniſſet propter curioſitatem. Jam è Sanctis Patribus Auguſt: Serm: 8. de verbis Apoſtoli ita diſertè dicit: *Si homo non perijſſet Filius hominis non veniſſet.* Et Irenæus adv: hæreſ. Cap: 14. *Si non haberet caro ſalvari, nequaquàm Verbum* DEI *caro factum eſſet.* Et Greg: lib: 4. in lib: 1. Reg: I. *Niſi Adam peccaret, Redemptorem noſtrum carnem ſuſcipere non oporteret.* Idem docet Athan: Leo & alij. Quæ locutiones Patrum non benè explicantur ſolùm de adventu in carne paſſibili: Sicut enim qui abſolutè negat Chriſtum eſſe in Sacramento, tàm negat eum eſſe in carne glorioſa, quàm in carne paſſibili: ita & Patres, quia abſolutè negant, Chriſtum venturum fuiſſe Adamo non peccante, loquuntur de advētu Chriſti, tàm in carne paſſibili, quàm in carne impaſſibili. Et ſicut hæc Propoſitio: Rex non veniſſet in caſtra, niſi bellū eſſet cum Turcis, non poſſet accipi de ſola circumſtantia advētus Regij, in hoc ſcilicet ſenſu, quòd Rex non veniſſet cum armis: ita & in præſenti dicendum eſt. Multò verò minùs intelligi poſſunt prædictæ Patrum locutiones de advētu Chriſti per hoc præ-

ſens

Digitized by Google

ſens decretum: nam identitas vel diſtinctio decretorum nihil conducit ad finem Patrum; hi enim intendebant exaggerare amorem DEI erga peccatores, & excitare in nobis gratitudinem pro beneficio Incarnationis, ad quem finem nihil conducit, quòd Chriſtus per hoc decretum non veniſſet, Adamo non peccãte, ſed per alterum veniſſet.

Ad 1. Sicut vinum generoſum non dicitur de ſe bonum occaſionatum, quia eſt amabile propter ſe, independenter à morbo, licet hic & nunc ſumatur ex occaſione morbi: ita & Incarnatio non eſt de ſe bonum occaſionatum, quia habet bonitatem ratione ſui expetibilem, licet de facto decreta ſit ex occaſione peccati. Quia verò exiſtentia Chriſti dependet à peccato, non tanquàm à cauſa, ſed purè tanquàm ab occaſione, & quidem per ſuam indignitatem reſiſtente beneficio Incarnationis; ideò Chriſtus amando ſuam exiſtentiam, poteſt diſplicere ſibi de peccato Adæ; ſicut etiam qui amat pœnitẽtiam, vel laureolam Martyrij, poteſt ſibi diſplicere de peccato, vel de Tyrannide, licet pœnitentia dependeat à peccato, & Martyrium à Tyrannide tanquàm ab occaſine.

Digitized by Google

Ad II. Sicut major Dei amor erga prædeſtinatos, quàm erga reprobos, menſuratur ſecūdùm dona gratiæ & gloriæ intrinſeca, non autem ſecundùm donū extrinſecum exiſtentiæ Chriſti, quod eſt cōmune reprobis & prædeſtinatis: ita etiā menſurari debet major Dei amor erga innocētes, quàm erga peccatores.

Ad III. Negatur conſequētia: quia cùm exiſtētia Chriſti ſit donum intrinſecè ſupernaturale, ac proinde indebitum omni naturæ creatæ & creabili, ideò non ſpectat ad complementum univerſi, ita ut ſine Chriſto univerſum eſſet mancum: Sicut ob contrariam rationē ſpectat ad cōplementum univerſi exiſtentia hominis, & Angeli. Neq; verò univerſū ſinè Chriſto eſſet imago ſine capite, adhuc enim in tali eventu aliud eſſet caput univerſi, nempè Deus.

Articulus III.

Vtrùm decretum de exiſtentia Chriſti fuerit prius decreto, diſponente de aliquo quocunq; objecto contingenti?

Videtur quòd ſic, ut ſentiunt Scotiſtæ, & è noſtris Suar: Mart: Perez alijque,

qui

qui propterea potiſſimum cenſent Chriſtum venturum fuiſſe Adamo non peccate, utpotè præfinitum ante abſolutè præviſum Adæ peccatum.

Ratio eſt authoritas Scripturæ, in qua Proverb. VIII. Chriſtus dicitur: *Creatus in initio viarum* Dei, id eſt in initio conſiliorum Divinorum, juxta illam phraſim Apoſtoli; *Quàm incomprehenſibilia judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus.* Ibidem etiã dicit de ſe Sapientia Incarnata: *Ab æterno ordinata ſum &c.* Et *antequam quidquam faceret à principio.* Qui textus non in hoc ſenſu accipiendus eſt, quòd prius Deus decreverit Chriſtum, quàm produxerit mundum; alioquin nihil diceretur ſingulare de Chriſto, ſed potius accipiendus eſt ſecundum ordinem prædeſtinationis. Similiter ad Coloſ: I. Chriſtus vocatur, *primogenitus omnis creaturæ*, nempè ſecundùm prædeſtinationem, nam ſecundùm generationem realem potiùs dici debet Unigenitus; Unde etiam ibidem additur. *Quoniam in ipſo condita ſunt univerſa in cœlo & in terra. Et omnia in ipſo & per ipſũ creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſiſtũt.* Quibus verbis magnificè inſinuatur prioritas cauſalitatis in mẽte Dei, inter Chri-

ſtum,

ſtum, & cætera omnia creata. His accedit Authoritas Patrum, præſertim Iræneî dicentis: *Cùm præexiſteret ſalvans*, (nempè Chriſtus in DEI prædeſtinatione), *oportebat, & quod ſalvaretur fieri*. Et Cyrilli Alexand: dicētis: *Præſundatur ante nos Chriſtus idquè ante initium mundi in præſcientia* DEI.

II. Videtur è contra vera eſſe ſententia Thomiſt: & è noſtris Vaſquez aliorumq; docens, Chriſtum præfinitum eſſe à DEO poſt permiſſum præviſumq; abſolutè Adæ peccatum in ſe exiſtens: Unde inferri ſolet Chriſtum venturum non fuiſſe, Adamo non peccante. Ratio eſt, quia ſi DEUS efficaciter & abſolutè decreviſſet exiſtentiam Chriſti Redemptoris ante præviſum abſolutè Adæ peccatum in ſe exiſtens, ſequeretur, quod voluerit efficaciter exiſtētiam peccati, cùm ſine peccâto non potuerit exiſtere Redemptor peccati; ſicut qui vult efficaciter finem, debet etiam velle efficaciter ea omnia, ſine quibus finis haberi non poteſt, ſi antecedenter non videantur jam poſita abſolutè. Sequeretur item, quòd DEUS dando auxilium Adamo ad non peccandum, non voluerit ſincerè carentiam peccati, alioquin enim aut voluiſſet

luiſſet efficaciter incompoſſibilia, nempè exiſtentiam Redemptoris, & carentiam peccati; aut certè voluiſſet fruſtrari ſuam efficacem de exiſtentiâ Redemptoris intentionem, quæ utiq́; fruſtratur per carentiam peccati. Dicendum ergo eſt, quòd DEUS prius viderit abſolutè peccatum Adæ in ſe exiſtens, deinde decrevit exiſtentiam Redemptoris. Quod ipſum videtur docere S. Athanaſius Serm: 3. cōtra Arrianos, cum dicit: *Indigentia noſtra anterior eſt, quâ ſublatâ carnem non induiſſet.* Et Cyrilli 5. Theſ. Cap: 8. ubi dicit: *Sciebat enim* DEUS *nos futuros peccatores, & ideò conſtituit, ut Verbum homo fieret.*

III. Videtur potius eſſe vera, ſententia inter Scotiſtarum & Thomiſtarum ſentētias media, quam invenit P. Aldrete diſp: 21. de Icarnat: Sect: 1. eamq́; ſequitur Roſmer, mihi fol: 751, quòd DEUS hoc modo decreverit Incarnationem. Primò per ſcientiam mediam cognovit hanc veritatem conditionatam: *Si ego habuero ſimplicem complacentiam de creatione hujus mundi, Adam peccabit.* Secundò, habuit DEUS iſtā complacētiam efficacem liberam de productione huius mundi. Tertiò vidit peccatum Adæ abſolutè, non quidem in ſe exiſtens,

xiſtens, bene tamen in illo complexo ex complacentia Divina de productione hujus mundi, & ex ſcientia media modo explicata: hoc enim complexum eſt eſſentialiter connexum cum peccato Adæ abſolutè futuro, ut patet. Quartò. Decrevit DEUS Chriſtum Redemptorem peccati, quatenus in illa ſua complacentia de hoc mundo prævisi. Quintò. Vidit Chriſtum merentem Angelis, B. Virgini, Adæ, & poſteris omnem gratiam & gloriam. Sextò. Propter merita Chriſti voluit creare Angelos, & homines, voluit etiam præſervare B. Virginem à peccato Originali, & à debito proximo peccandi, nec non dare gratiam Angelis & hominibus ante peccatum. Tandem vidit DEUS iterum peccatum Adæ in ſe exiſtens. Probatur hæc ſententia, quia bene conciliat multas difficultates, præſertim has, quòd ex una parte Chriſtus, ut Redemptor fuerit præfinitus ante omnem creaturam, quòdq; meruerit omnia dona gratiæ & gloriæ, etiam primam gratiam ante peccatum Angelis & hominibus, nec non B. Virgini immunitatem à peccato Originali, & à debito proximo peccati: Nihilominus tamen ex alia parte, quòd præfinitus

tus ſit dependenter à peccato Adæ, quo ceſſante non veniſſet; quia videlicet decretus eſt, iuxta hanc ſentẽtiam, poſt præviſum peccatum, non quidem in ſe ipſo exiſtens, bene tamen in illa complacentia Dei ſimplici de hoc mundo producendo.

IV. Contra has omnes ſententias ſi dicatur cum P. Molina, Granad, Albertino & Eſparza hîc qu: 15. Deum unico virtualiter intrinſecè decreto ſimul decreviſſe, & abſolutè prævidiſſe, tùm exiſtentiam Chriſti, tùm aliorum objectorum contingentium, adeòq; ſimul permiſiſſe, & abſolutè prævidiſſe peccatum Adæ in ſe exiſtens; ſi inquam hoc dicatur, videtur hæc ſententia ſubſiſtere non poſſe; quia quando objecta volitionum ſunt ab invicem realiter ſeparabilia, & volitiones ſunt inſeparabiles à ſuis objectis, tunc neceſſe eſt hujusmodi uolitiones eſſe pariter ab invicem ſeparabiles, ac proinde ſaltem virtualiter intrinſecè inter ſe diſtinctas; ſicut ſcientia media & ſcientia viſionis in Deo diſtinguuntur virtualiter intrinſecè iuxta nos, quia illa ab hac eſt ſeparabilis. Atqui decretum de exiſtentia Chriſti, & decretum de exiſtentia muſcæ, vel peccati, ſunt inſeparabilia à ſuis objectis, utpotè infruſtrabilia,

Digitized by Google

ſtrabilia, objecta autem horum decretorũ ſunt realiter ſeparabilia, ut patet. Ergò ipſa decreta ſunt ſaltem virtualiter intrinſecè diſtincta inter ſe, atq; adeò inter illa datur aliquis ordo prioris & poſterioris, diſtinctioni proportionatus.

RESPONDETUR. *Non eſt dubium inter decreta* DEI *dari diſtinctionem rationis, & ordinem prioris ac poſterioris ex modo noſtro concipiendi, apprehendente decreta* DEI *adinſtar volitionum creatarum, realiter priorum ac poſteriorum, & per ſpecies ipſarum, quæ proinde volitiones creatæ, per quas tanquam per media cognoſcendi, cognoſcimus* DEUM, *ita refundunt in volitiones Divinas multiplicitatem rationis extrinſecam, eiquè ſimilem ordinem prioris ac poſterioris, ſicut conſpicilia diverſorum colorũ, idem objectum faciunt apparere multiplex. Verùm hæc diſtinctio rationis, nihil omninò conducit ad ſolvendas præſentis Quæſtionis difficultates. Ad hoc enim verificãdum quòd Chriſtus veniſſet Adamo non peccante, quid quæſo refert, quod ego concipiam, priùs fuiſſe decretum de exiſtentia Chriſti, & poſtea prævisionem peccati, ſi extra meum intellectum, in ipſis actibus* DEI *non fuit ulla prioritas? Item ad hoc verificandum, quod* DEUS *non ſit cauſa peccati, quid quæſo refert, quòd ego cognoſcam* DEUM

priùs

priùs abſolutè vidiſſe peccatum, deinde voluiſſe Chriſtum Redemptorem. RATIO *à priori eſt, quia Chriſtum venturum fuiſſe Adamo non peccante & ſimiliter* DEUM *non eſſe cauſam peccati, ſunt veritates reales, quæ proinde verificari debent independenter à noſtris de* DEO *conceptibus, ac proinde indepẽdenter à diſtinctione rationis & prioritate, ac poſterioritate inter actus* DEI *liberos, quæ ſit purè extrinſeca. Fatendum ergò eſt præſentem Quæſtionem procedere de diſtinctione & prioritate, ac poſterioritate inter actus* DEI *liberos virtuali intrinſeca, vi cujus verificentur prædicata oppoſita phyſica, & primò intentionalia, de actibus* DEI *liberis. Pro cujus reſolutione ſit.*

PROPOSITIO unica. DEUS *per unicum etiam virtualiter intrinſecè decretum, ab æterno diſpoſuit de Chriſto, & de omnibus alijs cõtingentibus pro quacunq; differentia temporis exiſtentibus, quædam poſitivè volendo, quædã impediendo, quædam permittendo:* ac proinde ſuppoſitâ ſcientiâ ſimplicis intelligentiæ, & ſcientiâ mediâ, (quam utramq; diſtingvi virtualiter intrinſecè à Decreto DEI, & à ſcientia viſionis, nec non inter ſe docui diſp: 6. de DEO qu: 1. ubi hanc ipſam quæſtionem tracto) DEUS ſimul ſimultate excludente prioritatem, & poſte-

 rioritã-

rioritatem virtualem intrinſecam inter actus Dei liberos, voluit & exiſtentiam Chriſti, & exiſtentiam Angelorum, & hominum, ſimul etiam voluit permittere peccatum Adæ & poſterorum; ſimul voluit merita Chriſti exiſtere, & propter illa dare gratiam & gloriam &c. Imò dico hæc omnia objecta ſimul virtualiter intrinſecè vidiſſe Deum per ſcientiam viſionis, quàm puto virtualiter intrinſecè non diſtingvi à decreto Dei libero diſponente de rebus omnibus. Unde puto quòd decretum Dei & ſcientia viſionis ſic attingant res omnes quandocunq; exiſtentes, ſicq; inter ſe diſtinguātur, ſicut Omnipotētia Dei & omniſciētia attingūt omnia poſſibilia, & ſicut inter ſe diſtinguuntur, nempè ex ſolo modo noſtro concipiendi.

Probatur primò aſſertio, quia ut docui in quæſtionibus de Deo, Inter Divinas formalitates non poteſt dari diſtinctio virtualis intrinſeca ſine diſtinctione reali in tertio prædicato. Atqui inter Decretum Dei de exiſtentia Chriſti, & inter decretum permiſſivum peccati Adæ, immo inter ſcientiam Viſionis terminatam ad exiſtentiam Chriſti, & ad exiſtentiam peccati, non datur diſtinctio realis in tertio,

tio,

tio, quod enim eſt iſtud tertium? Ergò nec datur diſtinctio Virtualis intrinſeca, & conſequẽter nec ordo virtualis intrinſecus, utpotè fundatus in proportionata ſibi diſtinctione.

PROBATUR Secũdò, abſtrahẽdo à principijs meis, hoc modo. Etiam in creatis non raró contingit, ut voluntas per unicũ virtualiter intrinſecè actum intendat finem, & eligat media, diſponatq́; de plurimis objectis habentibus inter ſe realem ordinem prioris & poſterioris. Quod quidem tunc contingit, quãdo voluntas præhabet claram ac diſtinctam cognitionem finis & mediorum, cæterorumq́; eligibilium: oppoſitum verò nobis accidit ex eo, quia aliquando intendimus finem immemores mediorum, nec niſi ex intentione finis determinamur ad inveſtiganda media. Cæterum Architectus præhabẽs perfectam Ideam domûs unico virtualiter intrinſecè actu & intendit finem domûs, & diſponit de omnibus partibus ejus, nec prius decernit de fundamento, quàm de tecto, quàmvis fundamentum ſit prius, quàm tectum. Similiter dux ſpectans totum exercitum, poteſt unico virtualiter intrinſecè actu, totum exercitũ, omneſq́;

ejus partes ordinare ad finem victoriæ. Quod ipſum confirmatur paritate actuũ intellectûs, cui proportionatur voluntas. Sicut enim poteſt dari in intellectu actus, in quo virtualiter intrinſecè identificetur aſſenſus præmiſſarum cum aſſenſu Concluſionis, quando ſcilicet præcedunt aſſẽſum ſufficientes apprehenſiones terminorum: ita & in actu voluntatis poteſt virtualiter intrinſecè identificari intentio finis electioni mediorum, quando præcedit cognitio eligibilium ſufficienter ſvaſiva. Porrò Divina voluntas ante quemcunq; ſuum liberum actum habet cognitionem comprehenſivam finis & omniũ eligibilium, quia indepẽdenter ab omni actu libero determinatur ab Eſſentia Divina ad cognoſcẽdum perfectiſſimè, tùm per ſcientiam ſimplicis intelligẽtiæ, quidquid eſt poſſibile, tùm per ſcientiam mediam, quidquid ſub aliqua conditione eſt futurum. Ergò Deus per unicum virtualiter intrinſecè actum voluntatis, intendit liberè finem, & ordinat media ad finẽ, diſponitq; ſimul de omnibus contingentibus, quamvis habentibus inter ſe ordinem prioris ac poſterioris: eo modo, quo ſcientia ſimplicis intelligẽtiæ, ſimul virtualiter

tualiter intrinſecè, attingit ignem & calorem, quàmvis ignis ſit prior calore. Et per hoc rejicimus ſententiam Scotiſtarũ, Thomiſtarum, aliorumq́; quatenus, multiplicantium virtualiter intrinſecè decreta DEI circa Myſteriũ Incarnationis, quæ ſententiæ propoſitæ ſunt in prima, ſecunda, & tertia ratione dubitandi. Sequimur autem ſentẽtiam Molinæ, quæ impugnatur in quarta ratione dubitandi, ad quas proinde omnes rationes dubitandi breviter reſpondendum eſt.

Ad I. Authoritas illa de Chriſto ex Proverb: VIII, (ſi tamen de Chriſto accipienda eſt allegoricè cum quibusdam Patribus, & non potiùs literaliter de ſapientia practica, abſtrahente à ſapientia creata & increata,) hoc tantùm ſignificat, quod DEUS in initio viarum ſuarum, hoc eſt ab æterno, cùm volebat ſe communicare creaturis, & per iſtas communicationes ſui ad extra, tanquàm per vias amoris quodãmodo exire extra ſe, quod inquam præfiniverit Chriſtum, ut caput creaturarum rationalium, & cauſam meritoriam beatitudinis, tàm noſtræ, quàm Angelicæ, ad quam cætera omnia creata ordinantur: Et ideo LXX. Interpretes locum hunc ita

am peccati, ſimùl tamen velle permittere peccatum, quod voluntas creata determinat, reſiſtens Divinæ voluntati, non ſunt incompoſſibilia. Quod ſpectat ad Patres: Athanaſius hoc tantùm vult, quod indigentia noſtra, quatenùs à Deo præviſa ab æterno, prior fuerit, quàm temporalis Incarnatio. In Locutione verò Cyrilli Ly *Ideò* non denotat ordinē objectivum inter Divinam præſcientiam peccati, & inter decretum Incarnationis, ſed tantùm ordinem rationis noſtræ extrinſecum: in quo etiam ſenſu dicimus; ideò dies eſt, quia ſol eſt ſupra horizontem. Ideò Petrus eſt homo, quia eſt animal rationale.

Ad III. Sentētia P. Aldrete habet plures difficultates. Prima eſt de partitione intrinſeca actuum Divinorum liberorū. Secunda eſt, quia non eſt certum, an Deus per ſcientiam mediam poſſit videre ſuum actum liberum conditionatè futurum. Tertia eſt, quia non eſt certum, an detur in Deo ſimplex complacentia libera. Quarta difficultas eſt, quia hæc ſententia non ſalvat id, quod ſalvare intendit; vult enim ſalvare hoc, quod Adam ad evitandum peccatum habuerit gratiam per Chriſtum, & ideò ponit decretum de exi-

ſtentia

Digitized by Google

ſtentia Chriſti ante peccatum Adæ in ſe prævisum. Contra autem eſt: quia cum DEUS in illa ſua complacētia prævidebat peccatum Adæ, per te, pro illo ſigno non dum fuit decretum de exiſtentia Chriſti. Ergò pro illo ſigno nō videbat DEUS peccatum Adæ evitabile per gratiam Chriſti. Ergò etiam dicere poſſunt Thomiſtæ, quod pro illo ſigno, pro quo DEUS videbat peccatum Adæ in ſe exiſtens, non videbat illud evitabile per gratiam Chriſti. Laudanda igitur eſt hujus ſententiæ ſubtilitas, non item ſoliditas.

Ad IV. Plura objecta ab invicem ſecūdùm ſe ſeparabilia poſſunt terminare unicum virtualiter intrinſecè actum, qui actus ſi erit inſeparabilis à ſuis objectis, tūc etiam illa objecta ab invicem erunt inſeparabilia extrinſecè, ſeu quatenùs ſubſtāt illi actui; erunt tamen ſecundùm ſe ſeparabilia, quia poterunt terminare alium actum, qui attingat unùm illorum objectorum, ſinè alio. Sic ergò etiam DEUS, per unum virtualiter intrinſecè actum, voluit, & Chriſtum, & mundum, ratione cujus actus Divini inſeparabilis à ſuo objecto, exiſtentia Chriſti & mundi ſunt extrinſecè inſeparabiles, eſto ſecundùm ſe

 ſint

xiſtens, bene tamen in illo complexo ex complacentia Divina de productione, hujus mundi, & ex ſcientia media modo explicata: hoc enim complexum eſt eſſentialiter connexum cum peccato Adæ abſolutè futuro, ut patet. Quartò. Decrevit DEUS Chriſtum Redemptorem peccati, quatenus in illa ſua complacentia de hoc mundo prævisi. Quintò. Vidit Chriſtum merentem Angelis, B. Virgini, Adæ, & poſteris omnem gratiam & gloriam. Sextò. Propter merita Chriſti voluit creare Angelos, & homines, voluit etiam præſervare B. Virginem à peccato Originali, & à debito proximo peccandi, nec non dare gratiam Angelis & hominibus ante peccatum. Tandem vidit DEUS iterum peccatum Adæ in ſe exiſtens. Probatur hæc ſententia, quia bene conciliat multas difficultates, præſertim has, quòd ex una parte Chriſtus, ut Redemptor fuerit præfinitus ante omnem creaturam, quòdq; meruerit omnia dona gratiæ & gloriæ, etiam primam gratiam ante peccatum Angelis & hominibus, nec non B. Virgini immunitatem à peccato Originali, & à debito proximo peccati: Nihilominus tamen ex alia parte, quòd præfinitus

tus ſit dependenter à peccato Adæ, quo ceſſante non veniſſet; quia videlicet decretus eſt, iuxta hanc ſentētiam, poſt præviſum peccatum, non quidem in ſe ipſo exiſtens, bene tamen in illa complacentia DEI ſimplici de hoc mundo producendo.

IV. Contra has omnes ſententias ſi dicatur cum P. Molina, Granad, Albertino & Eſparza hîc qu: 15. DEUM unico virtualiter intrinſecè decreto ſimul decreviſſe, & abſolutè prævidiſſe, tùm exiſtentiam Chriſti, tùm aliorum objectorum contingentium, adeòq́; ſimul permiſiſſe, & abſolutè prævidiſſe peccatum Adæ in ſe exiſtens; ſi inquam hoc dicatur, videtur hæc ſententia ſubſiſtere non poſſe; quia quando objecta volitionum ſunt ab invicem realiter ſeparabilia, & volitiones ſunt inſeparabiles à ſuis objectis, tunc neceſſe eſt hujusmodi uolitiones èſſe pariter ab invicem ſeparabiles, ac proinde ſaltem virtualiter intrinſecè inter ſe diſtinctas; ſicut ſcientia media & ſcientia viſionis in DEO diſtinguuntur virtualiter intrinſecè iuxta nos, quia illa ab hac eſt ſeparabilis. Atqui decretum de exiſtentia Chriſti, & decretum de exiſtentia muſcæ, vel peccati, ſunt inſeparabilia à ſuis objectis, utpotè infruſtrabilia,

ſtrabilia, objecta autem horum decretorũ ſunt realiter ſeparabilia, ut patet. Ergò ipſa decreta ſunt ſaltem virtualiter intrinſecè diſtincta inter ſe, atq; adeò inter illa datur aliquis ordo prioris & poſterioris, diſtinctioni proportionatus.

RESPONDETUR. *Non eſt dubium inter decreta* DEI *dari diſtinctionem rationis, & ordinem prioris ac poſterioris ex modo noſtro concipiendi, apprehendente decreta* DEI *adinſtar volitionum creatarum, realiter priorum ac poſteriorum, & per ſpecies ipſarum, quæ proinde volitiones creatæ, per quas tanquam per media cognoſcendi, cognoſcimus* DEUM, *ita refundunt in volitiones Divinas multiplicitatem rationis extrinſecam, eiquè ſimilem ordinem prioris ac poſterioris, ſicut conſpicilia diverſorum colorũ, idem objectum faciunt apparere multiplex. Verùm hæc diſtinctio rationis, nihil omninò conducit ad ſolvendas præſentis Quæſtionis difficultates. Ad hoc enim verificãdum quòd Chriſtus veniſſet Adamo non peccante, quid quæſo refert, quod ego concipiam priùs fuiſſe decretum de exiſtentia Chriſti, & poſtea prævisionem peccati, ſi extra meum intellectum, in ipſis actibus* DEI *non fuit ulla prioritas? Item ad hoc verificandum, quod* DEUS *non ſit cauſa peccati, quid quæſo refert, quòd ego cognoſcam* DEUM

priùs

priùs abſolutè vidiſſe peccatum, deinde voluiſſe Chriſtum Redemptorem. RATIO *à priori eſt, quia Chriſtum venturum fuiſſe Adamo non peccante & ſimiliter* DEUM *non eſſe cauſam peccati, ſunt veritates reales, quæ proinde verificari debent independenter à noſtris de* DEO *conceptibus, ac proinde indepẽdenter à diſtinctione rationis & prioritate, ac poſterioritate inter actus* DEI *liberos, quæ ſit purè extrinſeca. Fatendum ergò eſt præſentem Quæſtionem procedere de diſtinctione & prioritate, ac poſterioritate inter actus* DEI *liberos virtuali intrinſeca, vi cujus verificentur prædicata oppoſita phyſica, & primò intentionalia, de actibus* DEI *liberis. Pro cujus reſolutione ſit.*

PROPOSITIO unica. DEUS *per unicum etiam virtualiter intrinſecè decretum, ab æterno diſpoſuit de Chriſto, & de omnibus alijs cõtingentibus pro quacunq; differentia temporis exiſtentibus, quædam poſitivè volendo, quædã impediendo, quædam permittendo:* ac proinde ſuppoſitâ ſcientiâ ſimplicis intelligentiæ, & ſcientiâ mediâ, (quam utramq; diſtingvi virtualiter intrinſecè à Decreto DEI, & à ſcientia viſionis, nec non inter ſe docui diſp: 6. de DEO qu: 1. ubi hanc ipſam quæſtionem tracto) DEUS ſimul ſimultate excludente prioritatem, & poſte-

 rioritas-

rioritatem virtualem intrinſecam inter a-
ctus Dei liberos, voluit & exiſtentiam
Chriſti, & exiſtentiam Angelorum, &
hominum, ſimul etiam voluit permittere
peccatum Adæ & poſterorum; ſimul vo-
luit merita Chriſti exiſtere, & propter il-
la dare gratiam & gloriam &c. Imò dico
hæc omnia objecta ſimul virtualiter in-
trinſecè vidiſſe Deum per ſcientiam viſio-
nis, quàm puto virtualiter intrinſecè non
diſtingvi à decreto Dei libero diſponente
de rebus omnibus. Unde puto quòd de-
cretum Dei & ſcientia viſionis ſic attin-
gant res omnes quandocunq́; exiſtentes,
ſicq́; inter ſe diſtinguātur, ſicut Omnipo-
tētia Dei & omniſciētia attingūt omnia
poſſibilia, & ſicut inter ſe diſtinguuntur,
nempè ex ſolo modo noſtro concipiendi.

Probatur primò aſſertio, quia ut do-
cui in quæſtionibus de Deo, Inter Divi-
nas formalitates non poteſt dari diſtincti-
o virtualis intrinſeca ſine diſtinctione
reali in tertio prædicato. Atqui inter De-
cretum Dei de exiſtentia Chriſti, & inter
decretum permiſſivum peccati Adæ, im-
mo inter ſcientiam Viſionis terminatam
ad exiſtentiam Chriſti, & ad exiſtentiam
peccati, non datur diſtinctio realis in ter-

tio,

tio, quod enim eſt iſtud tertium? Ergò nec datur diſtinctio Virtualis intrinſeca, & conſequẽter nec ordo virtualis intrinſecus, utpotè fundatus in proportionata ſibi diſtinctione.

PROBATUR Secũdò, abſtrahẽdo à principijs meis, hoc modo. Etiam in creatis non raró contingit, ut voluntas per unicũ virtualiter intrinſecè actum intendat finem, & eligat media, diſponatq́; de plurimis objectis habentibus inter ſe realem ordinem prioris & poſterioris. Quod quidem tunc contingit, quãdo voluntas præhabet claram ac diſtinctam cognitionem finis & mediorum, cæterorumq́; eligibilium: oppoſitum verò nobis accidit ex eo, quia aliquando intendimus finem immemores mediorum, nec niſi ex intentione finis determinamur ad inveſtiganda media. Cæterum Architectus præhabẽs perfectam Ideam domûs unico virtualiter intrinſecè actu & intendit finem domûs, & diſponit de omnibus partibus ejus, nec prius decernit de fundamento, quàm de tecto, quàmvis fundamentum ſit prius, quàm tectum. Similiter dux ſpectans totum exercitum, poteſt unico virtualiter intrinſecè actu, totum exercitũ, omnesq́;

ejus partes ordinare ad finem victoriæ. Quod ipſum confirmatur paritate actuũ intellectûs, cui proportionatur voluntas. Sicut enim poteſt dari in intellectu actus, in quo virtualiter intrinſecè identificetur aſſenſus præmiſſarum cum aſſenſu Concluſionis, quando ſcilicet præcedunt aſſẽſum ſufficientes apprehenſiones terminorum: ita & in actu voluntatis poteſt virtualiter intrinſecè identificari intentio finis electioni mediorum, quando præcedit cognitio eligibilium ſufficienter ſvaſiva. Porrò Divina voluntas ante quemcunq; ſuum liberum actum habet cognitionem comprehenſivam finis & omniũ eligibilium, quia indepẽdenter ab omni actu libero determinatur ab Eſſentia Divina ad cognoſcẽdum perfectiſſimè, tùm per ſcientiam ſimplicis intelligẽtiæ, quidquid eſt poſſibile, tùm per ſcientiam mediam, quidquid ſub aliqua conditione eſt futurum. Ergò DEUS per unicum virtualiter intrinſecè actum voluntatis, intendit liberè finem, & ordinat media ad finẽ, diſponitq; ſimul de omnibus contingentibus, quamvis habentibus inter ſe ordinem prioris ac poſterioris: eo modo, quo ſcientia ſimplicis intelligẽtiæ, ſimul vir-
tualiter

Digitized by Google

tualiter intrinſecè, attingit ignem & calorem, quàmvis ignis ſit prior calore. Et per hoc rejicimus ſententiam Scotiſtarū, Thomiſtarum, aliorumq́; quatenus, multiplicantium virtualiter intrinſecè decreta DEI circa Myſteriū Incarnationis, quæ ſententiæ propoſitæ ſunt in prima, ſecunda, & tertia ratione dubitandi. Sequimur autem ſentētiam Molinæ, quæ impugnatur in quarta ratione dubitandi, ad quas proinde omnes rationes dubitandi breviter reſpondendum eſt.

Ad I. Authoritas illa de Chriſto ex Proverb: VIII, (ſi tamen de Chriſto accipienda eſt allegoricè cum quibuſdam Patribus, & non potiùs literaliter de ſapientia practica, abſtrahente à ſapientia creata & increata,) hoc tantùm ſignificat, quod DEUS in initio viarum ſuarum, hoc eſt ab æterno, cùm volebat ſe communicare creaturis, & per iſtas communicationes ſui ad extra, tanquàm per vias amoris quodāmodo exire extra ſe, quod inquam præfiniverit Chriſtum, ut caput creaturarum rationalium, & cauſam meritoriam beatitudinis, tàm noſtræ, quàm Angelicæ, ad quam cætera omnia creata ordinantur: Et ideo LXX. Interpretes locum hunc ita

 legunt:

legunt: *Dominus poſſedit me initium viarum ſuarum ad opera*, id eſt tanquàm principalem viam, & medium datum creaturis rationalibus perveniendi ad beatitudinem. & hoc eſt ſingulare, quod ibi tribuitur Chriſto in prædeſtinatione ipſius. Jam authoritas illa ex prima ad Coloſs. procedit de Chriſto, ut eſt DEUS, quia ibi vocatur Chriſtus; *Imago* DEI *inviſibilis*, quod ei non poteſt convenire quà homini. Nec refert quòd ibi vocetur *primogenitus*, non unigenitus, hoc enim de Chriſto dicitur, propterea, quia eſt Filius DEI ante omnē creaturam realiter genitus. Si autem quis vellet hanc etiam authoritatem accipere de Chriſto quà homine, dicere poterit, eum eſſe primogenitum primitate dignitatis, non primitate prædeſtinationis, in quo ſenſu etiam ibi Chriſtus dicitur *eſſe ante omnes*. Quod vero ibi additur: *in ipſo creata eſſe omnia*; in hoc ſenſu poteſt etiam de Chriſto, quâ homine intelligi, quod omnia creata, per unicum virtualiter intrinſecè decretum ordinata ſint ad Chriſtum, tanquàm ad cauſam principalē beatitudinis electorum, propter quos DEUS reliqua omnia creavit. Quod ſpectat ad Patres, illi certè non cogitabāt de ſubtili

tili iſta, & Scholaſtica ſignorum prædeſtinationis partitione; ſed duntaxat populum docebant, quod Deus antè mundum conditum præſcius peccati hominũ, prædeſtinaverit Chriſtum Redemptorem.

Ad II. Qui vult efficaciter finem, non propterea velle debet efficaciter omnia requiſita ad finem, quamvis non videat ea abſolutè jam poſita, dummodò certò ſciat ea cum aliqua conditione eſſe ponẽda per alterius voluntatem, ſe non intendente, ſed tantùm permittente. Sic autẽ Deus præſciebat, per ſcientiam mediam, peccatum Adæ; & ideò poterat intendere Redemptorem, ſimul permittendo peccatum Adæ, non tamen poſitivè volendo. Hinc etiam Deus, dando auxilium Adamo, voluit seriò quantùm, ex ſe carentiã peccati, dedit enim animo benevolo auxilium, de ſe ordinatum ad evitationem peccati; non tamen ideò voluit fruſtrari ſuam ſimultaneam efficacem intentionẽ Redemptoris, quia ſimul voluit permittere peccatum Adæ, quod præſciebat certò conditionatè futurum, dependenter à ſolius cauſalitate Adæ. Neq; etiam voluit incompoſſibilia, quia velle Redemptorẽ, & velle quantùm eſt ex parte Dei carenti-

am peccati, ſimùl tamen velle permittere peccatum, quod voluntas creata determinat, reſiſtens Divinæ voluntati, non ſunt incompoſſibilia. Quod ſpectat ad Patres: Athanaſius hoc tantùm vult, quod indigentia noſtra, quatenùs à Deo præviſa ab æterno, prior fuerit, quàm temporalis Incarnatio. In Locutione verò Cyrilli Ly *Ideò* non denotat ordinẽ objectivum inter Divinam præſcientiam peccati, & inter decretum Incarnationis, ſed tantùm ordinem rationis noſtræ extrinſecum: in quo etiam ſenſu dicimus; ideò dies eſt, quia ſol eſt ſupra horizontem. Ideò Petrus eſt homo, quia eſt animal rationale.

Ad III. Sentẽtia P. Aldrete habet plures difficultates. Prima eſt de partitione intrinſeca actuum Divinorum liberorũ. Secunda eſt, quia non eſt certum, an Deus per ſcientiam mediam poſſit videre ſuum actum liberum conditionatè futurum. Tertia eſt, quia non eſt certum, an detur in Deo ſimplex complacentia libera. Quarta difficultas eſt, quia hæc ſentẽtia non ſalvat id, quod ſalvare intendit; vult enim ſalvare hoc, quod Adam ad evitandum peccatum habuerit gratiam per Chriſtum, & ideò ponit decretum de exi-
ſtentia

ſtentia Chriſti ante peccatum Adæ in ſe præviſum. Contra autem eſt: quia cum DEUS in illa ſua complacētia prævidebat peccatum Adæ, per te, pro illo ſigno non dum fuit decretum de exiſtentia Chriſti. Ergò pro illo ſigno nō videbat DEUS peccatum Adæ evitabile per gratiam Chriſti. Ergò etiam dicere poſſunt Thomiſtæ, quod pro illo ſigno, pro quo DEUS videbat peccatum Adæ in ſe exiſtens, non videbat illud evitabile per gratiam Chriſti. Laudanda igitur eſt hujus ſententiæ ſubtilitas, non item ſoliditas.

Ad IV. Plura objecta ab invicem ſecūdùm ſe ſeparabilia poſſunt terminare unicum virtualiter intrinſecè actum, qui actus ſi erit inſeparabilis à ſuis objectis, tūc etiam illa objecta ab invicem erunt inſeparabilia extrinſecè, ſeu quatenùs ſubſtāt illi actui; erunt tamen ſecundùm ſe ſeparabilia, quia poterunt terminare alium actum, qui attingat unùm illorum objectorum, ſinè alio. Sic ergò etiam DEUS, per unum virtualiter intrinſecè actum, voluit, & Chriſtum, & mundum, ratione cujus actus Divini inſeparabilis à ſuo objecto, exiſtentia Chriſti & mundi ſunt extrinſecè inſeparabiles, eſto ſecundùm ſe

ſint ſeparabiles, quia poterat vi alterius Decreti exiſtere mundus ſine Chriſto.

Quæſtio IV.

De Unione Hypoſtatica ejusq; extremis.

VNio hypoſtatica, ejusq; extrema, ſunt quaſi cauſa formalis & materialis Incarnationis; de his ergo agendum eſt explicatis cauſis Incarnationis extrinſecis. Et I. quæretur: Quid ſit Unio Hypoſtatica? II. Quæ ejus extrema? III. An ſit forma ſanctificans?

Articulus I.

Vtrùm Vnio Hypoſtatica ſit Entitas modalis, ſubſtantialis?

VIdetur, quòd non, I. Quia ut arguit Valentia: Modus iſte Unionis eſſet neceſſarius pro tollenda extremorum indifferentia ad uniri, & non uniri: ad hoc autem non eſt neceſſarius; quia hæc indifferentia ſufficienter tollitur per decretum Dei efficax, quo Deus voluit hoc tẽpore uniri hypoſtaticè huic humanitati; poſito enim hoc decreto & hoc tempore, implicat hanc humanitatem non uniri hypoſtaticè verbo; alioquin fruſtraretur decretum Dei efficax, quod implicat. Non eſt ergò neceſſitas aſſerẽdi unionem

onem hypoſtaticam eſſe modum.

II. Ut arguit Vadingus: Modus iſte unionis derogat dominio perfecto Dei in creaturas, & libertati: non poſſet enim illum Deus conſervare ſine extremis, utpotè quibus modus dicitur affixus eſſentialiter, quamvis habeat propriam peculiarem eſſentiam & exiſtentiam; impotentia autem conſervandi unam entitatem ſine altera, eſt reſtrictio Divini dominij in creaturas.

III. Si Unio Hypoſtatica eſſet entitas Modalis, Chriſtus eſſet ens Modale, eo pacto quo totum eſt accidentale, ſi unio ſit accidentalis. Sequela autem non eſt admittenda. Ergò.

IV. PP. & Concilia in explicãdo Myſterio Incarnationis nunquam meminerunt entitatis modalis; ſed potiùs difficultatem hujus Myſterij explicabant per naturam humanam aſſumptam, & Perſonã Divinam aſſumentem. Ergò non eſt recurrendum ad entitatem modalem.

Respondetur. *Quid ſit unio Hypoſtatica variæ ſunt ſententiæ. Nominales dicunt eſſe ipſam naturam humanam, ut actu à Verbo terminatã, & ipſum Verbũ ut actu terminãs. Aliqui R. R. apud Aldrete hanc unionem, quatenùs*

ſint ſeparabiles, quia poterat vi alterius Decreti exiſtere mundus ſine Chriſto.

Quæſtio IV.

De Unione Hypoſtatica ejusq; extremis.

VNio hypoſtatica, ejusq; extrema, ſunt quaſi cauſa formalis & materialis Incarnationis; de his ergo agendum eſt explicatis cauſis Incarnationis extrinſecis. Et I. quæretur: Quid ſit Unio Hypoſtatica? II. Quæ ejus extrema? III. An ſit forma ſanctificans?

Articulus I.

Vtrùm Vnio Hypoſtatica ſit Entitas modalis, ſubſtantialis?

VIdetur, quòd non, I. Quia ut arguit Valentia: Modus iſte Unionis eſſet neceſſarius pro tollenda extremorum indifferentia ad uniri, & non uniri: ad hoc autem non eſt neceſſarius; quia hæc indifferentia ſufficienter tollitur per decretum Dei efficax, quo Deus voluit hoc tẽpore uniri hypoſtaticè huic humanitati; poſito enim hoc decreto & hoc tempore, implicat hanc humanitatem non uniri hypoſtaticè verbo; alioquin fruſtraretur decretum Dei efficax, quod implicat. Non eſt ergò neceſſitas aſſerẽdi unionem

onem hypoſtaticam eſſe modum.

II. Ut arguit Vadingus: Modus iſte unionis derogat dominio perfecto Dei in creaturas, & libertati: non poſſet enim illum Deus conſervare ſine extremis, utpotè quibus modus dicitur affixus eſſentialiter, quamvis habeat propriam peculiarem eſſentiam & exiſtentiam; impotentia autem conſervandi unam entitatem ſine altera, eſt reſtrictio Divini dominij in creaturas.

III. Si Unio Hypoſtatica eſſet entitas Modalis, Chriſtus eſſet ens Modale, eo pacto quo totum eſt accidentale, ſi unio ſit accidentalis. Sequela autem non eſt admittenda. Ergò.

IV. PP. & Concilia in explicãdo Myſterio Incarnationis nunquam meminerunt entitatis modalis; ſed potiùs difficultatem hujus Myſterij explicabant per naturam humanam aſſumptam, & Perſonã Divinam aſſumentem. Ergò non eſt recurrendum ad entitatem modalem.

Respondetur. *Quid ſit unio Hypoſtatica variæ ſunt ſententiæ. Nominales dicunt eſſe ipſam naturam humanam, ut actu à Verbo terminatã, & ipſum Verbũ ut actu terminãs. Aliqui R. R. apud Aldrete hanc unionem, quatenùs*

nus ſe tenet ex parte Verbi dicunt eſſe quandam formalitatem objectivam, reſultantem ex decreto de Incarnatione, æternam quidem quoad ſuum eſſe, contingentem tamen & temporalē quoad denominationem uniti Verbo intrinſecam. Gabriel vult unionem hypoſtaticam eſſe qualitatem quandam ſupernaturalem diſpoſitivam humanitatis. Scotiſtæ dicunt eſſe relationem tranſcendentalem extrinſecus advenientem. Noſtri communiter, duobus, quantùm ſcio qui impreſſerunt exceptis, Unionem hypoſtaticam explicant per entitatem Modalem, quam communiter dicunt eſſe conſtitutivum intrinſecum in denominatione uniti, quamvis pauci in hac Provincia noſtra Polona R. R. in M. S. dixerint iſtam Modalitatem requiri ad denominationem, uniti tanquam connotatum extrinſecum, ſive per modum diſpoſitionis, ſivè per modum conditionis, ſine qua non. Ulteriùs adhuc P. Auguſt: Bernal. cùm Thomiſtis Unionem Hypoſtaticam vult eſſe actionem productivam humanitatis aſſumptæ. Vadingus verò diſp: 4. dub: 3. vult eſſe influxum quemdam Verbi ſuſtentativum in humanitatem, qui influxus, (demptis imperfectionibus), ſit ſimilis illi, quem exercet ſubjectum in formam. Nos ſequentibus propoſitionibus judicium noſtrum de his omnibus opinionibus aperiemus.

Propo-

Digitized by Google

PROPOSITIO I. *Unio Hypoſtatica importat aliquid entitativè diſtinctum à Verbo & humanitate, quomocunq; diſpoſita & intima Verbo.* Patet: quia humanitas ſic accepta & Verbum, poſſunt eſſe à parte rei ſaltem de potentia abſoluta, ſine unione Hypoſtatica: ſicut de facto humanitas Chriſti diſpoſitiſſima & intima Spiritui S. eſt ſine unione Hypoſtatica cum Spiritu S. Cùm ergò nihil poſſit eſſe à parte rei ſine ſe ipſo; apparet quod Verbum & humanitas diſpoſita ac intima Verbo, non ſit unio Hypoſtatica.

PROPOSITIO II. *Hoc diſtinctum ab extremis unitis, quod importat unio Hypoſtatica, eſt entitas modalis.* Nam ex una parte habet propriam peculiaremq; eſſentiam & exiſtentiam, cum ſit aliquid entitativè diſtinctum ab extremis unitis: ex alia verò parte eſt entias eſſentialiter affixa iiſdem extremis, ac proinde ab illis ad permanentiam inſeparabilis; alioquin eſſet indifferēs ad faciendum unitum, & ſic non eſſet ultima determinatio ad eſſe uniti, ſed potiùs præter ipſam, ponenda eſſet ſecunda ulterior determinatio, & propter eandem rationem, præter ſecundam, ponenda eſſet tertia; & ſic ſine fine. Porrò Entitas modalis

dalis nihil aliud eſt, niſi id quod habet propriam eſſentiam & exiſtentiam alteri eſſentialiter affixam, titulo ultimæ determinationis.

PROPOSITIO III. *Hæc Entitas Modalis eſt intrinſecum conſtitutivum uniti Hypoſtatici,* ſeu eſt ipſa formalis ratio uniendi. Probatur. Poſitis omnibus conſtitutivis intrinſecis uniti Hypoſtatici, cæteris verò omnibus ablatis extrinſecis eo ipſo formaliter & immediatè ponitur unitũ Hypoſtaticum, quod utiq; identificatur adæquatè omnibus, & ſolis ſuis intrinſecis conſtitutivis ſimul ſumptis: alioquin idẽ à parte rei poneretur ſine ſe ipſo, quòd certe implicat, tàm in entibus abſolutis, quàm in entibus cõnotativis, cum ſit primum ac univerſaliſſimum principium; *Implicat idem eſſe & non eſſe*. At verò poſito Verbo & humanitate, quomodocunq; diſpoſita ac intima Verbo, ablatâ verò modalitate, de quà agimus, eo ipſo formaliter & immediatè non ponitur unitũ Hypoſtaticum. Ergò Verbum & humanitas diſpoſita & intima Verbo, non ſũt omnia conſtitutiva intrinſeca uniti Hypoſtatici, ſed potiùs præter hæc, etiam Entitas Modalis ultimò determinans ad eſſe uniti,

Digitized by Google

ti, eſt conſtitutivum intrinſecum talis uniti. Major mihi eſt evidens; Minorem dant adverſarij. Conſequentia eſt in Cameſtres.

Si autẽ dicas; Poſito Verbo ut actu terminante, & humanitate ut actu terminatâ à Verbo, eo ipſo poni denominationẽ uniti Hypoſtatici: verum dicis, ſed petis principium, quia Verbum actu terminãs humanitatem, & humanitas actu terminata à Verbo, eſt ipſum unitum Hypoſtaticum. Ergò totum meum argumentum quod procedit de unito Hypoſtatico, omnino integrum redit de denominatione Verbi terminantis, & humanitatis terminatæ, probatqué in hac denominatione, Modalitatem, de qua agimus, eſſe intrinſecum conſtitutivum. Si iterim dicas in totis connotativis, quale eſt unitum, fieri poſſe, ut non maneat totum, quamvis maneant omnia conſtitutiva intrinſeca illius, ſi maneant non in circumſtantia connotati extrinſeci neceſſariò requiſiti, qualis eſt entitas modalis determinans ad eſſe uniti. Contra eſt. Ergò in entibus cõnotativis fieri poteſt ob defectum poſſibilẽ connotati extrinſeci, ut idem maneat ſine ſe ipſo, poteritq; aliquando realis defectus

fectus connotati extrinſeci falſificare hoc primum principium, *Implicat idem eſſe & non eſſe.* Si prætérea dicas: ablatâ iſtâ modalitate, non manere omnia totius hypoſtatici conſtitutiva intrinſeca formaliter & in actu ſecundo, ſed tantum materialiter & in actu primo. Contra eſt: Ergò jam omnia conſtitutiva intrinſeca in actu ſecundo totius Hypoſtatici, important aliquod conſtitutivum intrinſecum, præter Verbum & Humanitatem, quod certè nō erit aliud, niſi illa modalis determinatio ultima ad eſſe uniti. Si tandem dicas: manentibus omnibus ſuis intrinſecis, & non manente Toto connotativo ob defectum alicujus requiſiti extrinſeci, adhuc non manere idem ſine ſe ipſo, quia tunc non manebit idem ens quod arat antea, ſed potius erit Ens aliud ſpecie vel genere, iam enim non erit Ens connotativum, ſed abſolutum. Contra eſt primò, quia in ſententia noſtrorum communi, Ens reſpectivum nō diſtinguitur realiter ab Abſoluto. Si ergò extra circumſtantiam extrinſecam manebit ens abſolutum, cum quo adæquatè identificatur ens reſpectivū in circumſtantia extrinſeci, adhuc extra iſtam circumſtātiam debebit manere ens reſpecti-

reſpectivum, ne dicatur idem manere ſinè ſeipſo, extra circumſtantiam requiſitam. Contra ſecundò, quia etiam Ens reſpectivum per ſe ipſum præcisè eſt id quod eſt: Ergo fieri non poteſt, ut Ens reſpectivum nunc identificetur adæquatè enti abſoluto, quando adeſt circumſtantia extrinſeca, nunc verò diſtinguatur realiter ab eodē abſoluto quando deeſt circumſtantia extrinſeca. Contra tertiò, quia ſi Ens reſpectivum & abſolutum differunt eſſentialiter. Ergò additio circumſtantiæ extrinſecæ, mutās Ens abſolutum in reſpectivum, transeſſentiabit unam eſſentiam in alteram, quod implicat. Hoc argumentum, quod revera me convincit, vide ſi placet, in ſimili declaratum, & contra alias reſpōſiones munitum in meis Princip: Philoſo- Diſp: 4. q: 2. & uberiùs in qq. Select: ad 3. par: qu: 3.

PROPOSITIO IV. *Entitas modalis determinans ad eſſe uniti non eſt accidentalis, ſed ſubſtantialis.* Probatur quia conſtituit intrinſecè totùm ſubſtantiale, nempè Chriſtum: accidens autem non poteſt intrinſecè conſtituere totum ſubſtantiale.

PROPOSITIO V. *Eadem Entitas modalis eſt intrinſecè ſupernaturalis, ſeu quo ad ſubſtantiam,*

Digitized by Google

am. Probatur. Quia nulli naturæ creatæ & creabili debetur ſubſiſtere per ſubſiſtentiam infinitam, quod facit entitas modalis, quæ eſt unio Hypoſtatica: alioquin natura infinita Divina non peteret perfectiorem ſubſiſtētiam, quàm aliqua natura creata finita; quod eſt abſurdum.

PROPOSITIO VI. *Unio Hypoſtatica non eſt actio productiva humanitatis, nec ſuſtentativus Verbi influxus in humanitatem.* Probatur. Quia tam actio prædicta, quàm influx⁹, ſunt quid extrinſecū Toti Hypoſtatico; unio autem eſt quid intrinſecum. Et præterea actio productiva humanitatis non minùs eſt naturalis, quàm terminus ipſius. Influxus etiam ſuſtentativus non videtur præſcindere ab imperfectioribus, quæ Verbo repugnant.

PROPOSITIO VII. *Unio Hypoſtatica in Chriſto probabiliter eſt unica ac ſimplex*, quæ indiviſibiliter nectat cum perſona Verbi, & corpus Chriſti, & animam rationalem, & unionem Phyſicam inter partes humanitatis. Ratio eſt; quia in compoſito naturali, naturalis ſubſiſtentia probabiliter eſt unica & ſimplex, terminans indiviſibiliter materiam, formam, & unionem; ac proinde Verbum ſupplens defectum hujus ſubſiſten-

ſubſiſtentiæ in humanitate, videtur partes humanitatis ſimplici aſſumptione, & unione aſſumpſiſſe. Hinc ſequitur quod in triduo mortis, deſtructâ unione naturali inter partes humanitatis, ſucceſſerit nova unio Hypoſtatica, nectens corpus Chriſti cum Perſona Verbi, & altera nectens animam cum eadem Perſona Verbi. Hinc etiam unio Hypoſtatica in Chriſto eſt entitas materialis, dependet enim à ſubjecto materiali, nēpè à corpore Chriſti, quæ dependentia eſt de conceptu Entis Materialis, ut dictum eſt in Princip: Philoſ. Diſ: 5. qu: 2. Et ex his habetur, quid ſit Unio Hypoſtatica.

Ad I. Sicut decretum DEI, quo DEUS vult, ut paries ſit albus, tollit parietis indifferentiam ad eſſe albi, non formaliter & ratione ſui, ſed efficienter, & ratione albedinis diſtinctæ realiter à pariete, & à decreto, quam infallibiliter decretum producit, habetq; pro objecto: ita Decretum quo DEUS vult uniri extrema, tollit illorū indifferētiam ad eſſe uniti non formaliter, ſed efficienter, quatenùs producit unionē à parte rei diſtinctam, tùm à ſuis extremis, tùm ab ipſo decreto, cujus illa eſt objectū. Et ſanè decreti quo DEUS vult exiſtere ex-

trema cum unione, & decreti, quo DEUS vult exiſtere extrema ſine unione, debent aſſignari objecta à parte rei ſeparabilia. Unde cum primi decreti objectum ſit Unio, ſecundi autem decreti objectum ſint ſola extrema, oportet extrema ab unione eſſe à parte rei ſeparabilia, ac proinde diſtincta.

Ad II. Sicut non derogat dominio DEI, quod DEUS non poſſit denigrare per albedinem, vel quod non poſſit ſeparare actũ fidei ab exiſtentia objecti crediti per illum actum, quamvis diſtincti ab actu; vel quod non poſſit Petrum ſeparare ab omni loco, quamvis diſtincto: ita nec eſt contra dominium DEI, quod non poſſit ultimam actualem determinationem extremorum conſervare ſine extremis. Nempè dominium DEI non extendit ſe ad uſus chimericos, per quos deſtruatur eſſentia rei; chimera autem eſt, ultimam actualem determinationem exiſtere ſine ſuis extremis, aliâs & eſſet & non eſſet illorum ultima determinatio.

III. Ex communi uſu loquendi, Ens accidentale dicitur non ſolum de forma inhærente, ſed etiam de toto includente partem accidentalem, quale totum eſt liber,

ber, veſtis &c: at verò Ens modale ſolum dicitur de ultima actuali determinatione rei indifferẽtis, quod prædicatum non poteſt cõvenire Toti Phyſico, quale eſt Chriſtus.

Ad IV. Sicut etiam ipſi adverſarij explicant Myſterium Trinitatis per diſtinctionem Virtualem intrinſecam, & multa Myſteria per connotata extrinſeca; & tamen Patres, & Concilia nunquam expreſsè meminerunt diſtinctionis virtualis, vel connotati extrinſeci: ita & nobis explicare Myſterium Incarnationis per Entitatem modalem cur non liceat, quamvis ejus Patres nunquam expreſsè meminerint, ſed tãtùm implicitè, ſub conceptu ſcilicet naturæ humanæ aſſumptæ, & Verbi aſſumẽtis: relinquẽdo Scholaſticæ inquiſitioni, quidnam Ly aſſumpta, & Ly aſſumẽs ſupra naturam humanam & Verbum importet; an ſcilicet formalitatem, an modalitatem, an connotatum, an conſtitutivum intrinſecum; hoc enim determinare non ſpectabat ad Patrum intentum.

Articulus II.

Vtrùm unionis Hypoſtaticæ extremum immediatè aſſumptum ſit ſola natura humana integra; extremum verò immediatum aſſumens ſit ſola Perſona Verbi.

VIdetur, I. per Unionem Hypoſtaticam non eſſe immediatè aſſumpta natura humana integra, ex eo, quia non videtur immediatè aſſumptus eſſe ſanguis, & multo minùs alij humores, ungves etiã & ſimilia; ut docet Durãdus & alij. Quod ipſum probatur, quia ſanguis probabiliter non eſt animatus, ſed habet ſuam formam ſubſtantialem totalem propriam: immò habet naturaliter ſuam ſubſiſtentiam diſtinctam à ſubſiſtentia humanitatis: jam verò Verbum non aſſumpſit per ſe loquendo naturam completam inanimem, nec ſupplevit aliam ſubſiſtentiam, niſi humanam perſonalitatem. Ergò &c.

II. Saltem Verbũ non aſſumpſit immediatè unionem naturalem, quæ eſt inter partes humanitatis, ut putat Raguſa & Petrus Hurt: Ergò non aſſumpſit immediatè naturam humanam eſſentialiter completã. Probatur antecedens: quia alioquin unio natura-

naturalis, quæ tamen non eſt natura, terminaretur ſubſiſtentiâ Verbi: & tamen ſubſiſtentia eſt terminus & complementũ ſolius naturæ.

III. Videtur non ſola natura humana eſſe à Verbo aſſumpta, ſed etiam Perſonalitas humana, ut dicebat Neſtorius: Tum quia Patres dicunt: *Verbum aſſumpſit hominem*, quod eſt nomen Perſonæ: Tum quia alioquin Ly *Homo* non diceretur univocè de Chriſto & de Petro; cum Perſona Divina, quæ eſſet in Chriſto, & humana, quæ eſt in Petro, nonniſi conveniant analogicè.

IV. Videtur unionis Hypoſtaticæ extremum immediatè aſſumens, non eſſe ſola Perſona Verbi, ſed etiam natura Divina: quia Viſio beata, quæ eſt unio intentionalis Beati cum DEO, ita immediatè terminatur ad Perſonam Divinam, ut ſimul immediatè terminetur ad naturam Divinam. Idem ergo dicendum de unione Hypoſtatica, quæ eſt unio cum DEO Phyſica.

RESPONDETUR. *Reſpectu Unionis Hypoſtaticæ Extremum immediatè aſſumptum dicitur id quod immediatè terminat unionem, ſimulq; eam recipit: Extremum verò immediatè aſſumens, dicitur id, quod immediatè terminat*

unionem, non tamen eam recipit, ſed potiùs efficit. Videndum ergo eſt, cuinam in Chriſto utraq; denominatio conveniat.

PROPOSITIO I. *Natura humana non ſolùm eſſentialiter, ſed etiam integraliter completa, eſt immediatè aſſumpta à Verbo:* unde aſſumpta ſunt immediatè non ſolùm corpus humanum, anima, & unio naturalis, quæ ſcilicet conſtituunt naturam humanam eſſentialiter completam, ſed etiam ſanguis alijqué humores non excrementitij dentes item, Ungves, & ſimilia quæ ſpectant ad integritatem corporis humani. Prima pars aſſertionis probatur: quia Verbum immediatè aſſumpſit naturam humanam, quatenus eſt compoſitum Phyſicum, in quo ſenſu dicit formaliter, materiam, formam, & unionem ipſarum. Secunda etiam pars probatur: quia Verbum aſſumpſit immediatè corpus humanum, ut eſt aptum inſtrumentum ad exercendas omnes operationes homini convenientes: hoc enim fuit neceſſarium ad finem Redemptionis: jam verò corpus humanum ſic ſpectatum, includit ſanguinem, ſpiritus vitales, aliaqué ſpectantia ad ſuam integritatem.

PROPOSITIO II. *Perſonalitas humana non eſt aſſumpta à Verbo,* & ſic ſola natura humana

mana eſt aſſumpta. eſt dogma fidei definitum in Concilio Epheſino & Chalcedonenſi. Ratio eſt. Quia duæ Naturæ, (ſaltē loquendo connaturaliter,) non poſſunt de ſe mutuò prædicari in concreto ſubſtantivè, niſi uniantur in una Perſona; & ideò ſolùm objectivè prædicatur veſtis de homine, dicendo, *Homo eſt veſtitus.* At natura humana & Divina in Chriſto prædicantur de ſe mutuò ſubſtantivè in concreto dicendo; *Hic homo eſt* Deus: Ergò uniuntur in una Perſona. Ergo in Chriſto eſt unica Perſona. Cùm igitur Perſona Divina deficere non potuerit in Chriſto, deficere debuit creata. Ex hoc dogmate fidei rectè infertur, ſubſiſtentiam creatam, quæ communis eſt omni naturæ etiam incompletæ; ſuppoſitalitatem, quæ communis eſt omni naturæ completæ; & perſonalitatē, quæ ſoli convenit naturæ rationali cōpletæ, diſtingui à parte rei à natura creata, à qua ſcilicet divinitùs ſaltem abeſſe poteſt. Eſt autem probabiliùs ſubſiſtentiam creatam eſſe quid poſitivum, quod ſit ultimum ſubſtantiale complementum & terminus ſubſtantialis naturæ: alioquin enim homo in ratione hominis eſſet ita Ens per accidēs, ſicut aër tenebroſus, qui ſcilicet ho-

mo in eſſe Perſonæ conſtitueretur formaliter per aliquid negativum ſecundùm eſſe. Sed de hoc in Metaphyſica prolixè actum eſt,

PROPOSITIO III. *Humanitas Chriſti immediatè terminatur à Verbo per aliquid relativum proprium Verbo, non autem per aliquid cõmune S. S. S. Trinitati;* ũde unionis Hypoſtaticæ extremũ immediatum aſſumẽs eſt ſola Perſona Verbi, non autẽ Natura Divina. Ratio eſt, quia quidquid immediatè cõvenit Naturæ Divinæ, ſeu prædicato Divino cõmuni, per ordinẽ ad creaturas, id convenit toti S. S. S. Trinitati; & ideò tota Trinitas creat, quia omnipotentia immediatè creat. Si ergò Natura Divina, vel aliquod prædicatum Divinum cõmune, immediatè terminat Humanitatẽ Chriſti ſequitur cõtra fidem, quòd eãdẽ humanitatem tota Trinitas terminet. Sed de hoc fusè ago in qq: Select. ad 3. p. 2. q. 1. Et per hæc habetur, quæ ſint extrema unionis Hypoſtaticæ.

Ad I. Eſto ſanguis in homine non ſit animatus, & habeat formam totalem ſubſtantialem diſtinctam ab anima; quia tamen cum carne animata facit unum per ſe integrale, cum qua ſcilicet conjũgitur, nõ per meram indiſtantiam localem, ſed per

unionem

unionem quandam Phyſicam, accidentalē quidem, ſed per ſe requiſitam ad eſſe & operari totius Phyſici, quod eſt animal; ideò adhúc ſanguis eſt aſſumptus à Verbo: ſic enim aſſumpta eſt una Natura animata integraliter complera. Rursùs licet Verbum ſuppleat in Chriſto ſubſiſtentiam ſanguinis, adhuc tamen ſupplet perſonalitatem humanam; quia ſupplet ſubſiſtentiam cōpoſitam integraliter ex ſubſiſtentia terminante carnem, & animam rationalem, nec non ex ſubſiſtentia terminante Materiam & Formam ſanguinis, quæ tota ſubſiſtentia à potiori parte vocatur perſonalitas humana, ſicut etiam à potiori parte tota natura humana vocatur intellectualis.

Ad II. Subſiſtentia eſt terminus ſubſtātialis naturæ eſſentialiter completæ, in qua includitur etiā Unio Phyſica; & ideò hæc etiam terminari debet per ſubſiſtentiam, quàmvis non ſit natura propriè.

Ad III. Cum PP. dicunt, *Verbum aſſumpſit hominem*, ſenſus eſt quod aſſumpſerit id, quod ipsâ aſſumptione factum eſt homo, eſto præſcindendo ab aſſumptione, non ſit homo, ſed humanitas. Quamvis vero in Chriſto non detur Perſona creata, adhuc tamen Ly *Homo* dicitur univocè de Chriſto,

ſto,

ſto, & de Petro, ratione naturæ humanæ, quæ eſt ejusdem ſpeciei in utroq; : nam univocatio hominis ſumitur à natura humana, utpotè quæ in Ly *Homo* ſignificatur expreſsè & determinatè; cum in eodem cõceptu Perſonalitas ſignificetur indeterminatè.

Ad IV. Negatur conſequentia: Diſparitas eſt, quia ſi videretu clarè Perſonalitas Divina, & non natura, videretur non viſo motivo viſionis: motivum enim viſionis DEI eſt natura Divina, cum hujusmodi motivum ſit quædam vis activa Divina ad extra, quæ convenit ſoli naturæ Divinæ ratione ſui, ſicut & omnipotentia. At verò nihil ſimile ſequitur ex hoc, quòd Perſona Verbi, & non natura Divina terminet immediatè Unionem; vis enim terminativa Unionis non eſt vis activa ad extra, ac proinde poteſt convenire Perſonæ Divinæ ratione ſui, non verò ratione naturæ Divinæ. Plures objectiones contra hoc ſolutæ ſunt loco citato.

Articulus III.

Vtrùm unio Hypoſtatica ſit forma ſanctificans ratione ſui?

VIdetur non eſſe, ut docet Card: de Lu-

go; Arriaga, Petrus Hurt, Mart: Perez, Eſparza, Roſmer. I. Quia unio gratiæ habitualis cum anima juſti non eſt forma ſãctificans, ſolumq; Sanctificat ut quo: Ergò idem dicendum de unione Perſonæ Divinæ cum natura humana.

II. Entitates modales, & præſertim uniones, ſolùm ſunt inſtitutæ à natura, ut ultimò determinent ad aliquid, non autem ut præſtent ſimilem effectum illi, quem præſtant ipſarum modificata. Ergò unio Hypoſtatica non præſtat effectum formalẽ ſancti, quem præſtat Perſona Verbi.

III. Forma ſanctificans facit formaliter Filium DEI; ſed unio Hypoſtatica Chriſtũ nec facit formaliter filium DEI naturalem: hæc enim filiatio non habetur per formam creatam: nec facit filium DEI adoptivum, quia hæc filiatio Chriſto repugnat: tertia etiam filiatio non datur. Ergò unio Hypoſtatica non eſt forma ſanctificans.

RESPONDETUR. *Probabilior mihi videtur ſententia, quam tenet Bernal: Diſp: 24. S: 4. & Aldrete Diſ: 35: ubi citat pro ſe Ochamũ, Gabrielem, Leſſium & Granadum, quòd unio Hypoſtatica etiam in abſtracto ſumpta, ratione ſui ſit forma ſanctificans, ita ut ſanctificet humanitatem ut quod. Ratio eſt: Quia omnia prædicata,*

dicata, ratione quorum gratia habitualis eſt forma ſanctificans; qualia ſunt excludere peccatū, eſſe participationem naturæ Divinæ, eſſe radicem actuum ſupernaturalium & beatitudinis &c., nobiliori titulo conveniunt ratione ſui unioni Hypoſtaticæ in abſtracto ſumptæ, quàm conveniant gratiæ habituali. Quod ipſum probatur. quia hujusmodi prædicata conveniūt gratiæ habituali, ex eo, quia eſt conjunctio moralis cum DEO, *per quandam ſimilitudinem accidentalē: at verò unioni Hypoſtaticæ conveniunt ratione conjunctionis cum* DEO *Phyſicæ & ſubſtantialis, quod eſt nobilius. Rursùs unio Hypoſtatica eſt radix exigitiva gratiæ habitualis, omniumq; prædicatorum eſſentialium ipſius ac proinde eminenter, & modo nobiliori continet in ſe vim ſanctificandi propriam gratiæ habitualis. Hinc ab Aug: lib: 13. Trin: cap: 19. appellatur gratia ſumma, & à Bernardo lib: 5. de Conſid: vocatur unitas præcellens cunctas alias præter unitatem Trinitatis. Quæ dicta Patrum nos magis ſimpliciter accipimus, ponimusq; majorem extē ſivè in Chriſto ſanctitatem, utpotè provenientē non ſolum à Perſona Verbi, & gratia habituali, ſed etiam à modo unionis.*

Ad I. Negatur conſequentia; nam unio gratiæ habitualis, ratione ſui non eſt cōjunctio hominis cum DEO, ſed potiùs eſt

con-

conjunctio conjunctionis; ſiquidem inter hanc unionem & DEUM mediat gratia habitualis, quæ eſt conjunctio cum DEO: at verò unio Hypoſtatica ratione ſui eſt Phyſica ſubſtantialis conjunctio humanitatis cum DEO, cum inter hanc unionem, & DEUM non mediet ulla conjunctio cum DEO.

Ad II. In entitate modali poteſt cum ultima actuali determinatione, ad aliquid, (quæ eſt ratione generica Modi,) miſceri inſignis aliqua perfectio conveniens entitati modali ex ratione ſpecifica. Et ita in ſētentia probabili, actus intellectûs & voluntatis ſunt modi, ſeu ultimæ determinationes potentiæ, & objecti, ſimulq; ſunt formæ intelligendi & volendi, habentq; ſe in una conſideratione ut quo, in alia, ut quod. Cur ergò in unione Hypoſtatica, quæ eſt Princeps omnium modorū poſſibilium, non poterit miſceri perfectio formæ ſanctificantis, cum ratione ultimæ determinationis aduniri.

Ad III. Imprimis reſpondet Bernald: Chriſtum ut hominem vi unionis Hypoſtaticæ præcisè conſtitui Filium DEI, non quidem naturalem, vel adoptivū, propriū tamen, quatenus conſtituitur ſuppoſitum

non

non extraneum, ſed conjunctum DEO Patri. Deinde dici poteſt, ſatis eſſe, quòd Chriſtus vi unionis Hypoſtaticæ formaliter reddatur purus ab omni peccato, & exigens operari modo Divino, quàmvis non reddatur Filius DEI; nam etiam Paternitas ſanctificat formaliter Patrem æternum, nec tamen facit eum Filium DEI.

Quæſtio V.

De Sanctitate Chriſti.

HOc eſt præcipuum Chriſti attributum, à quo vocatur Sanctus Sanctorum: ac ac proinde de hac Chriſti perfectione inprimis agendum eſt, poſt explicatas cauſas Incarnationis. Et I. quæretur, an humanitas Chriſti ſanctificetur ſanctitate increata? II, An ſanſtificetur infinitè? III. An & quomodò ſit impeccabilis?

Articulus I.

Vtrùm Humanitas Chriſti formaliter ſanctificetur per ſanctitatem Verbi relativam?

VIdetur I. Humanitas per nullam ſanctitatem increatam formaliter ſanctificari, ſicut etiam non durat per durationem increa-

increatam, nec eſt omnipotens per omnipotentiam Divinam, nec intelligit per intellectionem Divinam. Et ratio à priori eſt, quia ſanctitas increata non eſt forma. Ergo non poteſt dare humanitati effectũ formalem Sancti, ſicut nec omnipotentia omnipotentis &c.

II. Saltem non ſanctificatur humanitas per ſanctitatem relativã Verbi, ut diſtinctam virtualiter à ſãctitate naturæ Divinæ. Ratio eſt, quia Patres in tãtum docent humanitatem ſanctificari, in quantum fuit *uncta & delibuta Divinitate*, tanquàm oleo & unguento, & in quantũ *fuit Deificata*; ſed hoc habetur formaliter à Deitate; ergò iuxta Patres humanitas ſanctificatur formaliter Deitate, ſeu Sãctitate naturæ Divinæ, ut diſtincta à Perſonalitate Verbi.

III. Non datur Sanctitas in DEO relativa: tùm quia non dantur tres realiter in DEO Sanctitates, ſicut nec dantur tres Omnipotentiæ, vel ſapientiæ; alioquin darentur in DEO tres ſancti, tres omnipotẽtes. Tùm quia Sanctitas debet eſſe prima radix Viſionis DEI; in DEO autem hujusmodi radix eſt eſſentia DEI, non autem aliquid relativum, quia hoc poſterius eſt

 prædica-

prædicato abſoluto, ſeu eſſentiali. Ergò Quæſtio propoſita, eſt de ſubjecto nõ ſupponente.

RESPONDETUR. *Eſſe ſanctum formaliter, nihil aliud eſt, niſi vel eſſe purum à peccato, vel eſſe objectum à* DEO *amabile amore amicitiæ, vel eſſe exigitivum Viſionis* DEI, *hi enim ſunt effectus formales gratiæ Sanctificantis. Porrò omne eſſe Divinum ex eo, quia eſt Divinum ſeu ex eo, quia petit identificari cum* DEO, *eſt ratione ſui oppoſitũ peccato; nequit enim cum* DEO *identificari id, quod eſt compoſſibile cum peccato: eſt etiam ratione ſui amabile à* DEO *amore amicitiæ, & exigitivum viſionis* DEI, *quia* DEUS *eſt ſua amabilitas, & amor, & viſio ſui; ac proinde omne eſſe, quod petit identificari cum* DEO, *eo ipſo formaliter petit tùm terminare amorem* DEI, *tùm habere Viſionem* DEI *per identitatem. Omne ergò eſſe Divinum, tùm abſolutum, tùm relativum, eſt formaliter ſanctũ, ac proinde ſanctitas eſt prædicatum tranſcendẽtale reſpectu omnium, & ſingulorum* DEI *prædicatorum. Si tamen Sanctitas accipiatur pro rectitudine formali voluntatis in omni ſuo actu & effectu, in hoc ſenſu fatemur Sanctitatem Divinam eſſe peculiare attributum* DEI. *Cum ergò certum ſit ex locutionibus Patrum: quos videre eſt apud Suarez, Humanitatem Chri-*

ſti

ſti independenter ab omni dono creato ſanctificari formaliter per Sãctitatem increatam; quærimus per quod prædicatum Divinum formaliter ſanctificetur? Supponimus autem ex dictis in prima parte, Omnia prædicata DEI *eſſentialia & abſoluta non diſtingui inter ſe virtualiter intrinſecè in ordine ad contradictoria Phyſica, ſeu primò intentionalia, ſed ſolùm ſic diſtingui à prædicatis Divinis relativis ad intra.*

PROPOSITIO I. *Humanitas Christi ſanctificatur formaliter phyſicè & quidem ſubſtantialiter per ſanctitatem relativam Verbi, ut diſtinctam virtualiter intrinſecè ab omni prædicato Divino eſſentiali & abſoluto.* Ita Valentia, Suarez, De Lugo, Arriaga, Aldrete. Mart: Perez, & alij contra Vaſquez, Turrianum, Eſparza, Vadingum. Noſter etiã eſt D. Thomas, nam quæſtio: 22. art: 2. ad 3. *gratiam unionis* diſtinctam à gratia habituali dicit *eſſe ſanctificantem:* alibi verò q: 6. ar: 5. *gratiam unionis* dicit eſſe, ipſum eſſe *Perſonale Verbi.* Ratio eſt, quia Perſonalitas Verbi ſecundùm ſe & ratione ſui, eſt Sanctitas, ut modò dicebamus: Ergò unita phyſicè immediatè & quidem ſubſtantialiter humanitati, capaci effectûs formalis ſanctitatis, communicat illi ſuum effectum formalem phyſicè & ſubſtãtialiter:

cùm effectus formalis phyſic' nihil aliud ſit, niſi forma phyſicè unita ſubjecto capaci.

Propositio II. *Natura Divina*, (idem dic de quovis prædicato Divino eſſentiali abſoluto, utpotè virtualiter intrinſecè indiſtincto à natura Divina, in ordine ad cõtradictoria Phyſica, qualia ſũt ſãctificare, nõ ſanctificare) *nõ ſanctificat formaliter phyſicè humanitatem, ſed tantum moraliter.* Ita Arriaga hic Diſp:30. Sect: 3. cõtra De Lugo, Martinũ Perez, Aldrete, Roſmer, & alios exiſtimãtes, humanitatẽ formaliter ſãctificari & per ſanctitatẽ relativam Verbi, & per abſolutam naturæ Divinæ. Noſtra tamen Theſis probatur; quia ad effectũ formalem phyſicum ſubjecto tribuẽdum, requiritur unio formæ cum ſubjecto immediata, qua de cauſa, anima materialis unita albedini mediante materiâ primâ, non dicitur formaliter phyſicè alba. Ad effectum tamen moralem formalem ſufficit unio mediata formæ cum ſubjecto capaci. Sic enim Mater Regis dignificatur moraliter à dignitate Filij; ſic & opera juſti dignificantur moraliter à gratia ſanctificante, cui mediatè uniuntur; ſic crux cõſecratur à contactu Chriſti. Cùm ergò ſãctitas

ctitas naturæ Divinæ, omniumq; prædicatorum DEI eſſentialiū & abſolutorum, nonniſi mediante Perſonalitate Verbi uniatur humanitati; ſequitur, quòd eā non ſanctificet formaliter phyſicè, ſed tantùm moraliter.

Ad I. Prædicata Divina alia ſunt vitalia, ut intelligere & velle; alia non vitalia: & rursùs ex his alia ſunt abſoluta, ut eſſe omnipotentem: alia relativa, ut eſſe ſubſiſtentem, eſſe ſanctum juxta aliquos etiam, eſſe ubiq; & eſſe ſemper, non ſolùm ſunt prædicata abſoluta naturæ, ſed etiam relativa Perſonarum. Prædicata DEI vitalia non poſſunt humanitati ſuum effectum formalem tribuere, nempè vivere, quia hic effectus formalis in ſuo ſubjecto debet eſſe ab intrinſeco, vel per productionem actûs vitalis, uti vivit creatura, vel per identitatem cum actu vitali, uti vivit natura Divina: jam verò nullum prædicatum Divinum reſpectu humanitatis eſt ab intrinſeco, ſeu per productionem, ſeu per identitatem: Ergo per nullum prædicatū Divinum humanitas formaliter vivit, cōſequenter nec intelligit, nec vult. Prædicata etiam abſoluta non vitalia humanitati non poſſunt communicare ſuum effe-

ctum formalem phyſicum, quia mediatè uniuntur: unde cum eſſe omnipotentem, eſſe ubiq; eſſe ſemper, ſint effectus formales phyſici, non morales, non poteſt ſic denominari formaliter humanitas ab omnipotentia, ab immenſitate, ab æternitate naturæ Divinæ abſolutis. Difficultas eſt de prædicatis Divinis non vitalibus relativis, cur ſcilicet humanitas denominetur formaliter phyſicè ſubſiſtens & ſancta à ſubſiſtentia Verbi ejusq; ſanctitate relativa, & non denominetur immenſa, æterna, ab immenſitate, & æternitate Verbi relativa, ſuppoſito quòd hæc detur. Ad hoc autem breviter dico, rationem eſſe hanc: quia æternitas non poteſt præſtare ſuum effectum formalem, niſi infinitum ſecūdùm durationem, & ſimiliter immēſitas infinitum ſecundū locum; ſicut duratio hodierna non poteſt minorem effectum præſtare, quàm durare per diem, & ubicatio cubitalis, quàm eſſe in loco cubitali: Humanitas autē eſt incapax effectûs formalis infiniti, tàm ſecundùm locum, quàm ſecundùm tempus, ut patet: è cōtra verò ſubſiſtentia Verbi, & ſanctitas relativa, quantùmvis ſit infinita ſimpliciter ſecundùm ſe, poteſt tamē præſtare effectū forma-

formalem ſimpliciter finitum, cujus eſt capax humanitas, ut dicetur quæſt: ſequẽti. Tota ergò perſonalitas cum omnibus ſuis formalitatibus objectivè indiſtinctis, dat humanitati effectum formalem ſãctæ & ſubſiſtẽtis, & tota eadem non dat effectum formalem immenſæ & æternæ, videlicet juxta capacitatem ſubjecti; ſicut tota albedo poſita in Angelo, denominaret illum accidente informatum, non tamen album, propter incapacitatem hujus ſecundæ denominationis. Jam quod opponitur ſanctitatem increatam non eſſe formam, nihil eſt; quia etiam in creatis ſubſiſtẽtia non eſt propriè forma phyſica, & tamen naturam denominat formaliter ſubſiſtẽtem. Poteſt ergo haberi denominatio à re, quæ non ſit propriè forma, dũmodo in illo genere ex parte ſubjecti ſupponatur incompletio; jam verò incõpletio in genere ſubſiſtentis & ſubſtãtialiter ſancti, adeſt ex parte humanitatis.

Ad II. Patres loquuntur de Sanctificatione morali humanitatis à Deitate: vel Deitatem ſumunt identicè, pro perſonalitate Verbi, in quo ſenſu aliqui etiam dixerunt, *Divinitatem incarnatam*.

Ad III. Concedimus tres ſanctitates re-

Digitized by Google

lativas in DEO, non tamen tres omnipotentias, quia ſanctitas formaliter deſumitur ab eſſe Divino præcisè, ut dictum eſt: atq; in DEO datur triplex eſſe relativum: at verò omnipotentia, aliaq; hujuſmodi prædicata Divina dicũt aliquam perfectionem ultra eſſe Divinum præcisè, propriam naturæ Divinæ, & ideò non multiplicantur realiter in DEO. Neq; tamen in DEO dicendi ſunt tres ſubſtantivè Sancti, etiam relativè ſicut non dicuntur tres increati relativè, vel tres ſubſtãtiæ relativæ, quia hoc ex uſu vocum recepto, ſignificaret multiplicationem naturæ Divinæ, quã dicit in recto Ly Sanctus ſubſtantivè, Ly Increatus, Ly Subſtãtia. Quod poſtremò opponitur, aliquid relativum in DEO non eſſe primam radicem videndi DEUM, inprimis non probat perſonalitatem Verbi reſpectu humanitatis, cui unitur, non eſſe primam radicem videndi DEUM, quod nobis hîc ſufficit. Deinde Sãctitas, reſpectu DEI non debet eſſe prima radix videndi DEUM. Nam in meliori ſententia Theologorum inter ſanctitatem abſolutã DEI, & inter viſionem, quâ ſe DEUS videt, non datur ulla diſtinctio, & conſequenter nec prioritas objectiva, ſed tantùm ex parte

actûs

actûs noſtri imperfectè agnoſcentis Divina, quæ prioritas non eſt ad rem quia non ſignificat prioritatem in DEO, ſed tantùm in noſtro capite.

Articulus II.

Vtrùm Humanitas Chriſti ſanctificetur ſimpliciter infinitè per ſanctitatem increatam.

VIdetur quòd ſic, ut ſentit Petr: Hurtad: Primò. Quia Sāctitas increata eſt ſimpliciter, & in omni genere infinita, communicatq; ſe totam humanitati. Ergò præſtat illi tantum effectum formalē ſanctitatis, quantum in ſe habet. Sic enim albedo ut 8, denominat ſubjectum album ut 8, & ſic de cæteris. Et ratio eſt à priori, quia cauſa formalis non diſtinguitur à ſuo effectu formali, ideòq; non poteſt hunc minorem præſtare, quàm ſit ipſa: ſicut è contra accidit in cauſa efficiente, quæ diſtinguitur realiter à ſuo effectu.

II. Opera humanitatis, propter mediatam cum dignitate Verbi unionem, dignificātur ſimpliciter infinite, in genere meriti. Ergò multò magis humanitas Chriſti, propter immediatam cum ſanctitate Verbi unionem, ſanctificabitur ſimpliciter infinitè.

 Reſpon-

RESPONDETUR. *Duplicis generis ſunt denominationes; aliquæ enim quôad ſubſtantiam creſcunt ex ipſo modo perfectiore, quô ſe communicat forma ſubjecto: aliquæ non creſcunt. Primi generis eſt denominatio intelligentis* v. g. *quæ perfectior eſt quô ad ſubſtantiam, quando intelligenti intellectio communicatur per identitatem, quàm ſi ſolùm communicetur per unionem phyſicam: ſecundi verò generis eſt* v. g *denominatio calidi, quæ perinde æſtimatur in igne habente calorem per identitatem, ac in igne habente calorem per unionem phyſicam. Hoc autem videtur ex eo provenire, quia denominatio aliquando ſignificat perfectionem ſimplicem; & in hac denominatione forma ſicut eſt melior ipſa, quàm non ipſa, ita meliùs eſt habere illam per identitatem, ſeu inamiſſibiliter, quam habere per unionem diſtinctam & contingenter: aliquando verò denominatio non ſignificat perfectionem ſimpliciter ſimplicem: & tunc ſicut forma non eſt melior ipſa, quàm non ipſa, ita non eſt meliùs eam per identitatem habere, quàm contingenter.*

Jam denominatio ſancti ſignificat perfectionem ſimpliciter ſimplicem, utpotè formaliter cõvenientem Eſſentiæ Divinæ: ac proinde eô perfectior eſt quô ad ſubſtantiam, quo perfectiùs communicatur ſanctitas ſubjecto. Cum ergò

ſanctitas

ſanctitas Divina non communicetur humanitati per identitatem, ſed per unionem contingẽtem: ſequitur humanitatem à ſanctitate Divinâ denominari ſanctam in genere inferiori ſanctitatis, quàm denominetur ab eodem ſanctus DEUS, *qui per identitatem, & per eſſentiam eſt ſanctus. Unde ulteriùs ſequitur, humanitatẽ à ſanctitate increatâ non ſanctificari ſimpliciter infinitè, ſeu in omni genere ſanctitatis, ſed tantum infinitè cum addito, nempè in genere ſanctitatis, per unionem contingentem communicabilis: in quo genere non poteſt major ſanctitas dari ſanctitate humanitatis aſſumptæ, & ideò hæc ſanctitas non creſcit intenſivè, etiam per gratiam habitualem.*

Ad I. Sãctitas infinita ſimpliciter Verbi, totam quidem ſe communicat humanitati, ſed non tantùm, quantùm abſolutè alicui enti communicari poteſt, id eſt, nõ communicat ſe per identitatem humanitati, ſicut ſe communicat DEO, & ideò in genere imperfectiori ſanctificat humanitatem. De albedine alia eſt ratio, quia albedo nõ eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, ſicut eſt ſanctitas. Jam quòd dicitur cauſam formalem non diſtingui realiter à ſuo effectu formali, falſum eſt de indiſtinctione reali inadæquata: nã effectus formalis

præter

præter formã, dicit unionem formæ cum ſubiecto, ex qua unione aliquando mẽſuraturpartialiter perfectio effectûs formalis, ut dictum eſt.

Ad II. Negatur conſequentia. Opera enim meritoria non creſcunt in ratione meriti per hoc, quod identificentur cum Perſona merente; quin potiùs per talem identitatem deſtruitur & chimerizatur ratio meriti, de cujus videlicèt eſſentia eſt, ut opus meritorium contingenter fiat ab operante, ideoq́; ut non identificetur eidem. At verò denominatio ſancti creſcit per identitatem ſanctitatis cum perſona ſancta. Cùm ergò meritum Chriſti ex dignitate Verbi, cui opera Chriſti uniũtur, ita creſcat ut non poſſit dari aliud genus meriti perfectius, ideò eſt ſimpliciter infinitum: licet humanitas non ſit ſimpliciter infinitè ſancta, ob contrariam rationẽ.

Articulus III.

Vtrùm Humanitas Chriſti, per unionem Hypoſtaticam, immediatè reddatur impeccabilis phyſicè, tàm in ſenſu compoſito, quàm in ſenſu diviſo unionis?

VIdetur, quòd non I. Quia Humanitas vi unionis cum vita Divina non redditur

tur immortalis, nec vi unionis cũ omniſcientia Dei redditur incõpoſſibilis phyſicè cum ignorantia, ſaltem inculpabili. Ergò etiam vi unionis cum ſãctitate Dei non redditur phyſicè impeccabilis. Tàm enim repugnat mors vitæ Dei, quàm peccatum ſanctitati.

II. Ad ponẽdum actum moraliter honeſtum, non determinatur humanitas Chriſti vi unionis Hypoſtaticæ immediatè, ſed potiùs mediante cognitione & cõplacentiâ honeſtatis objectivæ. Ergo etiam ad excludendum actum moraliter inhoneſtum ſeu peccatum, ſimiliter determinatur vi unionis, mediante cognitione & diſplicẽtia inhoneſtatis objectivæ. Nempè per aliquid purè phyſicum non poteſt determinari voluntas, tam ad actũ honeſtum, quàm ad actum inhoneſtum.

III. Saltẽ de potẽtiâ abſolutâ videtur eſſe peccabilis humanitas aſſumpta in ſenſu diviſo unionis, ita ſcilicet, ut poſſit peccando amittere gratiam unionis, quæ eſt ſententia Petri Hurtadi & Arriaga. Ratio eſt, quia cum Deus poſſit abſolutè deſtruere unionem Hypoſtaticam, poteſt etiam eam deſtruere in pœnam peccati, faciendo tale pactum cum humanitate: *Si peccabis,*

peccabis, non conſervabo in te unionem hypoſtaticam. Quando autem forma deſtruitur in pœnam peccati, tunc in illo inſtanti, in quo exiſtit talis forma in ſubjecto, datur in ſubjecto potentia proxima conſervandi illam formam, per evitationem liberã peccati, & datur potentia proxima removendi illam formam, per commiſſionem liberam peccati. Ergò fieri poteſt, ut in humanitate aſſumpta, tunc quando datur unio, detur potentia proxima rejiciendi unionem; quod eſt humanitatem aſſumptam eſſe peccabilem in ſenſu diviſio unionis.

IV. Idem probatur aliter. Sicut carentia poſitiva odij non includitur in potentia proxima amandi, licet odium ſit incõpoſſibile cum amore: ita etiam carentia poſitiva unionis Hypoſtaticæ, non includitur intrinſecè in potentia proxima peccandi, licet unio Hypoſtatica ſit incompoſſibilis cum peccato. Sicut ergò in eo inſtanti temporis, in quo eſt odium, datur potentia proxima amandi; ita in eo inſtãti reali, in quo eſt unio Hypoſtatica, datur potentia proxima peccandi. Nempè pro ſigno priori naturæ, præſcindendo humanitatem aſſumptam ab unione & à carentia

tia

tia poſitiva unionis, intelligitur in humanitate potentia proxima peccandi, ſicut pro priori naturæ, voluntati odio affectam præſcindendo ab odio & à carentia poſitiva odij, intelligitur potentia proxima amandi.

RESPONDETUR. *Humanitatẽ eſſe impeccabilem in ſenſu compoſito unionis Hypoſtaticæ, eſt non poſſe peccatum conjungi in eodem inſtãti temporis cum unione. Eſſe verò impeccabilẽ in ſẽſu diviſo unionis dupliciter intelligi poteſt; primo pro illo inſtanti temporis pro quo eſt unio, ſecundò pro tempore antecedente, vel conſequente unionem habendam, vel habitam. Prior ſenſus diviſus ſignificat, in humanitate tunc, quãdo eſt unio, non adeſſe potentiam proximam removendi à ſe unionem, peccando: ſicut è contra in nobis, tunc quando habemus gratiam habitualem, adeſt potentia proxima peccandi, & ſic rejiciendi gratiam. Poſterior verò ſenſus diviſus ſignificat, in humanitate conſideratâ pro tempore antecedente, vel conſeqvente unionem, non adeſſe potentiam proximam peccandi. Inquam proximam: quia remota ſemper adeſt, utpotè realiter identificata cum humanitate ſecũdùm ſe ſumptâ.*

PROPOSITIO I. *Ex vi unionis Hypoſtaticæ immediatè, hoc eſt ſecluſo quôvis alio dono creato,*

to, Humanitas Chriſti, etiam de potentia DEI *abſoluta eſt impeccabilis, tàm peccato mortali, quàm veniali, tàm habituali, quàm actuali, nõ ſolum in ſenſu compoſito unionis, ſed etiam in ſenſu diviſo pro illo inſtanti temporis, pro quô eſt unio.* Ratio eſt. Quia ſanctitas increata Verbi ſecundùm ſe, etiam de potentia abſoluta, eſt incompoſſibilis non ſolùm cùm peccato, ſed etiam cum potentia proxima peccandi, ut patet. Ergò communicata humanitati, vi unionis Hypoſtaticæ præcisè, communicabit etiam eidem, utpotè capaci hunc ſuum effectum formalẽ, & ſic faciet eam impeccabilẽ, tùm in ſenſu compoſito unionis, tùm in ſenſu diviſo, ſaltem tunc quando eſt unita humanitati. Nempè forma unita ſubjecto capaci, communicat illi ſuum effectum formalẽ; qui nihil aliud eſt, quàm forma unita ſubjecto capaci. Quòd autem humanitas ſit capax prædicti effectûs formalis, probatur: tùm quia humanitas hoc modo impeccabilis, adhuc infinitè diſtabit ab impeccabilitate DEI, utpotè quæ DEO cõvenit per eſſentiam, & à ſe, humanitati autem contingenter, & ab alio: tùm quia nulla videtur implicantia in creatura rationali, quæ ſit impeccabilis modo dicto, ac proindè

capacitas

capacitas ad hujuſmodi impeccabilitatem non eſt deneganda humanitati Chriſti. Nec refert quod ſāctitas Divina humanitati non communicetur per identitatem, ſicut Deo communicatur: quia ſicut calor communicatus aquæ per unionem cōtingentem, deſtruit in ea tàm frigus, quàm potentiam proximam frigefaciendi, perinde ac ſi communicaretur per identitatē: ita Sanctitas Dei communicata humanitati per unionem contingentem, ita in ea excludit peccatum & potentiam proximā peccandi, ſicut excludit in Deo, cui communicatur per identitatem.

Propositio II. *Explicata impeccabilitas humanitatis eſt phyſica, non moralis.* Quia provenit non à ſola Dei voluntate liberali extrinſeca, nolente dare humanitati concurſum indifferētem ad peccatum, & auxilia inefficacia, (ex quo capite provenit impeccabilitas Confirmatorum in gratia, quæ proinde eſt moralis,) ſed provenit ab intrinſeca exigentia humanitatis ſanctificatæ ſanctitate Verbi, exigentis eſſentialiter à Deo auxilia nonniſi congrua, immò etiam denegationem concurſûs indifferētis ad peccatum, ne Verbo Divino, utpotè ſpecialiter gubernanti aſſumptam, titulo

Digitized by Google

Perſonæ, humanitatem, imputetur peccatum: eô modo quo impotentia intelligendi in bruto eſt phyſica non moralis, quia provenit ab intrinſeca exigentia bruti, & ex defectu principij.

PROPOSITIO III. *Probabile mihi videtur, quòd moraliter loquendo Verbum non potuerit aſſumere naturam, quæ ante unionem peccaſſet, vel quæ poſt unionem peccatura eſſet,* ideòquè humanitatem vi unionis etiam in ſenſu diviſo unionis pro eo tempore, pro quô non eſt unio, eſſe impeccabilem ſaltem moraliter. Ita Pater Eſparza Quæſt: 30. Contra P. Aldrete Diſ: 72 S: 6. Ratio eſt quia ſicut bene inferimus, B. Virginem intuitu Maternitatis DEI futuræ, præſervatã eſſe à peccato originali, idq; ex eo, quia magis decebat hoc DEUM, & DEUS neceſſitatur moraliter ad hoc, quod recta ratione conſideratum nobis videtur meliùs & DEUM magis decens, ut docet Auguſt: ita etiam dicendum eſt, propter eandem rationem, DEUM intuitu futuræ, vel præteritæ unionis Hypoſtaticæ, moraliter neceſſitari, ad præſervandam humanitatem ab omni peccato. Et ſanè ſi dedecus fuiſſet Matris DEI, ante maternitatem habuiſſe peccatum originale; fuiſſet etiam dedec⁹

humani-

humanitatis aſſumptæ, ante aſſumptionē peccâſſe, vel poſt aſſumptionem peccaturam eſſe. Ex his ergò maneat explicata impeccabilitas Chriſti.

Ad I. Negatur conſequentia, quia humanitas nō vivit formaliter vitâ Dei, nec ſcit omniſcientia Dei, ſicut è contra eſt ſancta formaliter ſanctitate Dei.

A II. Negatur etiā conſequētia. Quia actus moraliter honeſtus, eſt quid voluntarium operanti, ac proinde debet procedere ex cognitione, & complacentia ſimplici, determinante operantem: At verò excluſio peccati, & potētiæ proximæ peccandi in humanitate aſſumpta, eſt involūtaria ipſi, ac proinde poteſt provenire ab aliquo purè Phyſico, nempè ab unione Hypoſtatica: ſicut etiam in homine ambulatio recta procedit ex viſione dirigente, impeditio autem tùm ambulationis, tùm potentiæ proximæ ambulandi, provenit à compedibus.

Ad III. & IV. Deus abſolutè loquēdo non poteſt deſtruere unionem Hypoſtaticam, in pœnam peccati, commiſſi pro eodem inſtanti temporis, pro quô deſtruitur unio; aliàs enim eſſet ſimul potentia proxima peccandi cum unione: & tamen

potentia proxima peccādi includit intrinſecè negationem unionis Hypoſtaticæ, ita ſicut potentia proxima ambulandi, includit negationem compedum. Itaq́; præſcindendo humanitatem aſſumptam ab unione, & à carentia poſitiva unionis, perinde in ea non intelligetur potentia proxima peccandi, ſicut in pedibus, præſcindendo à compedibus, & negatione poſitiva compedum, non intelligitur potentia proxima ambulandi, vel in Animali præſcindendo à rugibilitate & carentiâ poſitivâ rugibilitatis, non intelligitur potentia proxima ratiocinandi. Alia eſt ratio de carentiâ poſitivâ odij, quæ ideò non includitur intrinſecè in potentiâ proximâ amandi, quia eſt exercitium potētiæ amādi, conſequens ad ipſum: ac verò carentia unionis Hypoſtaticæ, non eſt quid conſequens ad potentiam proximam peccandi, ſed potiùs eſt quid eam intrinſecè conſtituens. Quod ex eo ulteriùs probatur, quia concurſus indifferēs ad peccatum, intrinſecè conſtituit potentiam proximam peccandi: ſed talis concurſus cùm ſit incompoſſibilis cum unione Hypoſtatica, importat carentiam poſitivam, ſeu excluſionem unionis Hypoſtaticæ. Ergò carentia

unionis

unionis Hypoſtaticæ conſtituit intrinſecè potentiam proximam peccandi.

Quæſtio VI.

De ijs, quæ ſpectant ad intellectum, & voluntatem Chriſti.

AD intellectum Chriſti ſpectat Scientia multiplex, ad voluntatem verò Libertas, & Meritum, quod in libertate fundatur; de his proinde agendum in præſenti.

Articulus I.

Vtrùm præter ſcietiam experimentalem, decurſu temporis acquiſitam, fuerit in Chriſto ab inſtanti conceptionis ſcientia beata, & ſcientia tum ſupernaturalis per ſe infuſa, tùm naturalis per accidens infuſa?

VIdetur quòd non. I. quia non eſt cõnaturale parieti, ut habeat duplicem albedinem: Ergò nec cõnaturale fuit Chriſto habere multiplicem ſcientiam de ijsdẽ objectis.

II. Videtur Chriſtus non habuiſſe ſciẽtiam experimentalem; aliàs verùm eſſet dicere, quòd Chriſtus didicerit aliquid à rebus creatis, à quibus accepiſſet ſpecies objectorum: hoc autem non decet Magiſtrum orbis maximum.

III. Nec videtur habuiſſe ſemper ab inſtanti conceptionis ſcientiam beatã: quia tempore paſſionis habuit intenſum dolorem, & triſtitiam in voluntate, repugnantem viſioni beatificæ, utpotè afferenti ex natura ſua ſummum gaudium.

IV. Videtur etiam non habuiſſe ſcientiam infuſam; quia vel per hãc cognoſceret actus ſuos liberos futuros, vel nõ. Primum dici non poteſt, quia hæc ſcientia eſſet prior naturâ actib⁹ futuris Chriſti, quos dirigeret; & ex alia parte ob ſuam infallibilitatem eſſet connexa eſſentialiter cum iiſdem actibus, ac proinde tolleret eorum libertatem. Sed nec ſecundum dici poteſt, quia ſciẽtia infuſa ad hoc ponitur in Chriſto, ut ſit directiva actuũ Chriſti proportionatorum ſcientiæ. Ergò &c.

RESPONDETUR. *Certum eſt in Chriſto fuiſſe ſcientiam experimentalem, decurſu temporis acquiſitam: tùm quia de illo dicitur Lucæ II. Proficiebat Sapientiâ: tùm quia aſſimilatus fratribus, utebatur ſenſibus, quorum miniſterio acquirebat ſpecies materiales in phantaſia, ex quibus depuratis, intellectus agens parabat, ſpecies intelligibiles, cauſantes ſcientiam experimentalem, quæ nihil aliud eſt, quàm repetita memoria eorum, quæ per ſenſus percepta ſunt.*

Quòd

Quòd etiam Chriſtus Dominus in hac vita mortali habuerit ſcientiam beatam, colligitur ex Ioan: III. Ubi Chriſtus explicans Myſterium Trinitatis Nicodemo aſſerit; ſe eſſe teſtem de viſu: *Amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod vidimus, teſtamur.* Et Ioan: VII. *Ego quæ vidi apud Patrem loquor.* Ratio eſt, quia Chriſto debebatur cognitio clara ſui ipſius, id eſt Filij DEI, nec non ſui Patris, quæ cognitio, eſt viſio beatifica. Unde etiam ſequitur, quòd Chriſtus habuerit hanc ſcientiam ab inſtanti conceptionis, non ut coronam juſtitiæ, ſed ut puram hæreditatem: debebatur enim illi titulo unionis Hypoſtaticæ, nec fuit neceſſe hanc ſcientiam differri ad tempus reſurrectionis, ſicut dilata fuit gloria corporis, propter opportunitatem merendi per paſſionem. Porrò per hanc ſcientiam cognoſcebat anima Chriſti diſtinctè omnia objecta ſive poſſibilia, ſivè quãdocunq; exiſtentia, quæ per viſionem beatificam videri non implicat ab intellectu creato. Talis enim amplitudo cognoſcendi debebatur ratione ſtatûs, & officij Chriſto, qui fuit hæres univerſorum, Caput univerſi, Iudex omnium vivorum & mortuorum &c. Quæ autem objecta non poſſit intellectus creatus cognoſcere per viſionem beatificam, docetur in prima parte.

Ultra hanc ſcientiam fuit alia in Chriſto

ſcientia intrinſecè ſupernaturalis, & per ſe animæ ipſius infuſa ab inſtanti conceptionis, quâ cognoſcebat DEUM *quidem abſtractivè, objecta verò creata ſupernaturalia, & naturalia, immediatè in ſe ipſis, ſeu in proprio genere, ac per ſpecies proprias ipſorum, & quidem ſine cõverſione ad phataſmata, immò regulariter loquendo ſine diſcurſu, & ſine compoſitione, & diviſione, ac deniq; ſine ceſſatione ab omni actu hujus ſcientiæ.*

RATIO eſt. Quia Chriſtus ab inſtãti cõceptionis ſemper ſine interruptione merebatur ſupernaturaliter, ac proinde debuit habere ſemper cognitionem ſupernaturalem, directivam ſuorum actuum ſupernaturalium, proportionatam ſtatui viatoris, qualis eſt ſcientia per ſe infuſa. Hæc autem ſcientia in Chriſto debuit tendere in objecta, modo Angelico, ſine Magiſter Angelorum, ſuperaretur à diſcipulis in modo cognoſcendi.

Demùm probabile eſt ab inſtanti conceptionis fuiſſe etiam per accidens infuſã animæ Chriſti ſcientiam, intrinſecè naturalem, ſimilem noſtræ, quàm habemus dùm ſumus in corpore; id eſt dependentẽ à phantaſmatis, & talem quæ ſpiritualia repræſentet ad inſtar materialium, & ſubſtantias

ſtantias per accidentia. Ratio eſt. Quia Unio Hypoſtatica depoſcebat etiam hanc perfectionem, utpotè quæ conceſſa fuit Adamo ab initio ejus exiſtentiæ, ſicut etiam eadem unio depoſcebat infuſionem ab inſtanti conceptionis virtutum naturalium, ſpectantium ad voluntatē, quàmvis hujuſmodi virtutes exercitio actuum per ſe acquirantur.

Ad I. Plures ſcientiæ enumeratæ non erant otioſæ in Chriſto, ſicut eſſet otioſa duplex albedo in pariete: quia iſtæ ſcientiæ differebant inter ſe modô tendendi in objectum, & ratione formali ſub quâ: ſicut etiam in nobis differt triplex operatio intellectûs circa idem objectum. Nempè anima Chriſti per ſcientiam beatā cognoſcebat S. Petrum in DEO viſo, tanquàm in cauſa: per ſcientiam verò infuſam cognoſcebat eum extra DEUM, per ſpecies proprias ipſius, tùm ſupernaturales, tùm naturales, tùm modo Angelico ſine converſione ad phātaſmata, tùm modo humano dependenter à Phantaſmatis: ac demùm cognoſcebat eundem S. Petrum per ſcientiam experimētalem modo peculiari, quô ſcilicet intellectus fertur in objectum, ut ſubſtans ſenſationi externæ.

Ad II. Si diſcere ſignificat præcisè, acquirere notitiam ab objecto, expreſsè dicit Apoſtolus quòd Chriſtus *didicit ex illis, quæ paſſus eſt, obedientiam*; Si autem diſcere ſignificat acquirere ab aliquo notitiam rei ignoratæ; ſic Chriſtus nihil didicit ab objectis creatis, quia hoc ſignificat imperfectionem Chriſto repugnantem.

Ad III. Sicut Divinitùs poteſt ſimùl esſe ſummus calor & ſummum frigus in eodem ſubjecto: ita Divinitùs, propter finē Redemptionis noſtræ, tempore paſſionis, fuit in voluntate Chriſti ſummus dolor de tormentis, ac de noſtris peccatis, ſimulq́; ſummum gaudium beatificum de DEO viſo, proveniens ex viſione DEI: nam ſummus dolor & ſummum gaudium de diverſis objectis, ſolùm naturaliter ſunt incompoſſibilia.

Ad IV. Propter hoc argumentum, ponendus eſt duplex actus ſcientiæ infuſæ in Chriſto circa actus ipſius liberos. Alter directivus voluntatis, & naturâ prior actu libero, ſed ſolam repræſentans infallibiliter poſſibilitatem talis actûs, nec connex⁹ eſſētialiter cum futuritione, & conſequēter non tollens libertatem actûs. Alter verò actus ſcientiæ infuſæ ponendus eſt,

repræ-

repræſentans quidem futuritionem actûs liberi, & cum hac futuritione connexus eſſentialiter, ſed tamen hac futuritione posterior naturâ, ideòq; non deſtruens libertatem actûs futuri.

Articulus II.

Vtrùm in Chriſto fuerit libertas ad moriendum, & non moriendum?

VIdetur non fuiſſe I. Quia in Chriſto nō fuit libertas indifferentiæ ad tranſgrediendum præceptum Patris: alioquin fuiſſet in Chriſto potentia proxima peccandi: Sed reſpectu Chriſti, non mori, fuit tranſgredi præceptum Patris: nam Scriptura docet, quòd Pater præceperit Chriſto nos per mortem redimere, & ideò etiā Chriſtus dicitur fuiſſe *obediens uſq; ad mortem Crucis;* Ergò Chriſtus non habuit libertatem indifferentiæ ad moriendum.

II. Libertas indifferētiæ non datur ad id, quod eſt neceſſe: ſed ut dicitur Lucæ XXIV. *Neceſſe fuit implere omnia, quæ de Chriſto ſcripta erant in Lege Moyſi & Prophetis, & Pſalmis;* Scripta autem ibi ſunt multa de morte Chriſti. Ergò in Chriſto non fuit libertas indifferentiæ ad mortem.

Reſpon-

RESPONDETUR. *De fide eſt ad meritum requiri libertatem indifferentiæ, prout definivit Innocētius X. Anno 1653; idemq́ confirmavit poſtea Alexander VII. Unde cum certum ſit, Chriſtum per mortem ſuam nobis meruiſſe gratiam, & gloriam; patet Chriſtum habuiſſe libertatem indifferentiæ ad ſubeundam, & non ſubeundam mortem, juxta illud Ioan: X. Nemo tollit à me animam meam, ſed ego pono eam à me ipſo: poteſtatem habeo ponendi eam. Sed difficultas eſt conciliandi hanc libertatem cum impeccabilitate Chriſti, & cum præcepto mortis, quòd videtur aſſerere Scriptura.*

Hāc difficultatem ſolvit Lorca & cum eo P. Eſparza Quæſt: 33. negando impoſitum fuiſſe Chriſto præceptum rigoroſum moriendi, ſeu obligans in conſcientia, licet ei fuerit impoſitum præceptū in ſenſu latiori, ſumptum ſcilicet pro majori ſuperioris approbatione de aliquo actu, quā de oppoſito; in quo ſenſu quorūdam Religionum Regulæ non obligantes in conſcientia, præcipiunt aliquid ita, ut cōformans ſe ijſdem ſubditus dicatur obedire. Et ratio eſt, quia præceptum rigoroſum eſt comminatorium culpæ & pœnæ: talis autem comminatio, eſt modus agendi ſerviliter cum ſubdito, non decens Chriſtū Filium

Filium DEI naturalem. Immò talis comminatio reſpectu ſubditi impeccabilis videtur eſſe nugatoria, quia dicere alicui impeccabili: *Ego te averſabor & puniam ſi tranſgredieris Præceptum*, eſt dicere: *Ego faciam Chimeram, ſi tu feceris Chimeram*. Mihi tamen videtur probabiliùs fuiſſe Chriſto impoſitum præceptum moriendi rigoroſum: id enim eſt magis conforme locutioni Scripturæ, & PP., præſertim illi Joan: XV. Ubi eodem mòdo vocantur præcepta impoſita Chriſto à Patre, & præcepta impoſita Apoſtolis à Chriſto. Et Rom: V. Inobedientia Adæ, quæ fuit cõtra præceptum rigoroſum, cõparatur cum obedientia Chriſti. Hoc tamen præceptũ non videtur fuiſſe formaliter, comminatorium culpæ & pœnæ, uti etiam docet Suarez Tom: 1. d: 41. Sect: 1. Sed tantùm merè directivum, reddens Chriſto illicitã omiſſionẽ mortis; ſimùlq́; impoſſibilem, durante Præcepto: ſicut etiam Lex Principem obligat in conſcientia, quàmvis reſpectu ipſius non ſit comminatoria & coactiva, ſed purè directiva.

Alvarez alijq; Thomiſtæ admiſſo præcepto rigoroſo moriendi, volunt ſalvare libertatem Chriſti in moriendo cum impeccabi-

peccabilitate ejusdem, per hoc, quia in ſenſu diviſo præcepti potuit nō mori. Sed ſi Chriſtus pro ſuo libito non potuit inducere iſtum ſenſum diviſum præcepti, perinde fuit liber ad non moriendum, ſicut vinctus compedibus eſt liber ad currendū, quia etiam hic in ſenſu diviſo compedum poteſt currere, nec magis curſum impediunt compedes, quàm præceptum moriendi impediat in Chriſto impeccabili omiſſionem mortis.

P. Suarez hîc Tom: 1. Diſp: 38. Sect: 2. dicit, hoc præceptum mortis fuiſſe impoſitum præeunte ſcientiâ mediâ mortis, acceptandæ à Chriſto independenter à præcepto, ac proinde per tale præceptum non fuiſſe læſam Chriſti libertatem, ſicut nec læditur noſtra libertas per Divinam præde finitionem actûs, ex eo, quia talis prædefinitio fit præeunte ſcientiâ mediâ de actu noſtro libero. Sed profecto diſpar eſt ratio utriusq;: nam ſcientia media præcedens prædefinitionem actûs noſtri, repræſentat eundem omninò actum noſtrum conditionatè futurum, qui abſolutè eſt futurus: at verò ſcientia media præcedens præceptum rigoroſum de morte Chriſti, non repræſentat eandem electionē Chriſti

ſti circa mortem, quæ electio eſt abſolutè futura: ſiquidem electio abſolutè futura eſt obedientia, ſeu actus dependens à præcepto, ſcientia autem media non repræſẽtat obedientiam Chriſti, ſeu actum pendentem à præcepto: hîc enim actus eſt objectum ſcientiæ neceſſariæ, cùm neceſſe ſit Chriſtum conformare ſe præcepto rigoroſo. Non ſalvat ergo ſcientia media libertatem Chriſti in morte eligenda, à DEO præcepta. De quo plura dixi in qq. Select: ad 3am. p. qu: 2.

Card: de Lugo dicit Chriſtũ liberè mortuum fuiſſe, ſtante præcepto rigoroſo moriendi, quia liber fuit ad petendam & obtinendam diſpenſationem in præcepto. Verùm hinc ſequitur Chriſti meritũ formaliter non eſſe actum obedientiæ, prout docet Scriptura: quia actus nolendi petere & obtinere diſpenſationem, (qui ſolus act⁹ circa mortem, fuit in Chriſto immediatè liber, juxta hanc ſentẽtiam,) non eſt formaliter actus obedientiæ.

Vaſquez, quem ſequitur Mart: Perez, dicit Chriſto fuiſſe liberam mortẽ denominativè ab affectu moriendi, qui fuit liber Chriſto quo ad ſpeciem, quoad intenſionem, & quoad individuationem, quatenùs

tenùs Chriſtus mortem potuit liberè eligere tali vel tali actu, hoc vel illo tàm intenſo, vel tàm remiſſo, eſto non potuerit mortem reſpuere. Sed hac ratione perinde libera eſſet Mors Chriſto, ſicut eſſet libera damnato ad mortem ex eo, quia is libere eligeret mortem tali vel tali affectu, aut mortem in hac potiùs, quam in illa furca, per hoc vel tale inſtrumentum mortis. Quæ certè libertas non eſſet quoad ſubſtantiam mortis; ſed tantùm quoad circumſtantias.

Commodior videtur, & facilior ſententia, quam tenet Arriaga, & Roſmer, *hanc difficultatem explicans per liberam Chriſto anticipationem mortis.* Ratio eſt. Quia ſicut Martyr, quàmvis neceſſitetur ratione peccati originalis ad moriendum aliquando, adhuc tamen liberè moritur quoad ſubſtãtiam mortis, quia liberè anticipat mortem: ita Chriſtus quàmvis ratione præcepti neceſſitatus fuerit ad moriendum. V. G. poſt decem annos, adhuc tamen hoc tempus liberè anticipando, liberè mortuus eſt quoab ſubſtantiam mortis. Et Ratio à priori eſt, quia Mors Chriſto debet dici fuiſſe libera quoad ſubſtantiam, modo humano: jam autem homini mors non poteſt eſſe

teſt eſſe libera quoad ſubſtantiam alio modo, niſi per anticipationem. Quod autem Chriſtus liberè anticipaverit mortem, videtur colligi ex illis verbis ipſius. *Baptiſmo habeo baptizari; & quomodo coarctor?* ſeu ut legit Iræneus, *valde propero.*

Ad I. ergò, negatur minor, quia omiſſio mortis pro hoc tempore, pro quo de facto Chriſtus mortuus eſt, non fuiſſet tranſgreſſio præcepti: hoc enim pro illo tempore non urgebat.

Ad II. Neceſsè fuit Chriſtum mori etiam hoc tempore, quo mortuus eſt, ex ſuppoſitione revelationis Divinæ, cõſequente ad libertatem Chriſti, præconſultam per ſcientiam mediam. Tale autem neceſſe non opponitur libero, ut docetur in prima parte.

Articulus III.

Vtrùm Chriſtus fuerit liber ad actus in perfectione inæquales?

Videtur quòd non I. Quia alioquin Chriſtus liberè ponendo actum minus perfectum, & non conformando ſe Divino conſilio, potuiſſet eſſe reprehenſibilis, non minùs ac Religioſus eſt reprehenſibilis non conformans ſe Regulæ ſuæ, quàm-

vis non obliganti ſub culpa. Id autem nefas eſt ſuſpicari de Chriſto. Ergò

II. Sanctitas Verbi ſecundùm ſe, continet incapacitatem non ſolùm peccandi, ſed etiam eligendi quod minùs perfectum eſt. Ergò hanc incapacitatem communicat humanitati aſſumptæ, non ſecùs ac incapacitatem peccandi, ſicut utramq; incapacitatem communicat DEO.

RESPONDETUR. *Quæſtioni præſenti ſatisfiet triplici propoſitione, quarum.*

Prima eſt, *Chriſtus habuit potentiam phyſicam recedendi à Divinis conſilijs, ſeu eligendi actum minùs perfectum.* Probatur argumento mirabili. *Chriſtus fuit neceſſitatus phyſicè ad eligendum id quod* DEO *magis placet: Ergò Chriſtus non fuit neceſſitatus phyſicè ad eligendum id quod* DEO *magis placet.* Mirabilis cõſequentia: ſed probatur: quia DEO magis placet, ut Chriſtus faciat act⁹ meritorios: Si autem Chriſtus eſſet neceſſitatus phyſicè ad faciendum id, quod DEO magis placet, non faceret actus meritorios, ad quos requiritur libertas ad actus inæquales, ut ſic merẽs referat præmium pro hoc, quod liberè operans, plus boni poſuerit, quàm impedierit. Ergò ex hoc ipſo quòd Chriſtus phyſicè neceſſitetur ad eligendum id,

quod

quod Deo magis placet, ſequitur contradictorium, quod ſcilicet ſic non neceſſitetur. ex hac occaſione ſciendum, quod hac forma mirabili argumentandi, tunc licet uti, quando adverſarius admittit propoſitionem, quæ ſe ipſam falſificat, eò quòd contineat terminos invicem repugnantes: ut ſi tu dicas: *Ego verè nunquam dico verum:* poſſum contra te inferre contradictorium: *Ergò tu aliquando dicis verũ,* quia tunc ſaltem dicis verum, cum dicis te nunquàm dicere verum. Sic autem etiam accidit in præſenti.

Propositio II. *Chriſtus fuit moraliter neceſſitatus ad conformandum ſe Divinis conſilijs, ſeu ad actus perfectiores, hic & nunc proximè illi poſſibiles.* Ita de Lugo & Aldrete cõtra Arriag: & Roſmer. Probatur verò id tùm ex vehementiſſima Chriſti inclinatione ad maximè placendum Deo: tùm ex perfectiſſima ejusdem cognitione omnium motivorum honeſtatis: tum ex magna intenſione habituum Virtutis in Chriſto, ſinè contraria paſſionum reſiſtentia. Quæ omnia ſaltem Simùl ſumpta efficiunt neceſſitatem moralem. Hæc tamen non tollit libertatem ſufficientem ad meritum, ſicut neceſſitas moralis peccandi venialiter

in longa vita ſine ſpeciali privilegio, non tollit libertatem ſufficientem ad meritum.

PROPOSITIO III. *Quàmvis Chriſtus habuerit potentiam phyſicam non ſequendi majus* DEI *beneplacitum, non habuit tamen potentiã phyſicam ad imperfectionẽ moralem poſitivam, ſed tantùm ad carentiam perfectionis moralis.* RATIO eſt. quam dat P. Eſparza Quæſt: 39. ad 1. quia ſicut perfectio moralis poſitiva conſiſtit, vel in poſſeſſione ultimi finis, vel in voluntaria diſpoſitione ad ipſum: ita imperfectio moralis poſitiva conſiſtit vel in impedimento finis ultimi, vel in voluntario periculo ipſum non obtinendi, aut ſaltem meliùs non obtinẽdi. Cùm ergò omiſſio volũtaria actûs perfectioris, non fuiſſet in Chriſto impedimentum finis ultimi, nec periculum ipſum non obtinendi, vel meliùs non obtinendi, (ſiquidẽ Chriſtus cum omni ſecuritate poſſidebat finem ultimum in gradu excellenti poſſeſſionis:) ideò in Chriſto omiſſio libera actûs perfectioris non fuiſſet imperfectio moralis poſitiva, ſed tàntùm negativa.

Ad I. Reprehẽſibilitas ſequitur imperfectionem moralem poſitivam, cujus ſunt capaces Religioſi, non autem Chriſtus, ut dictum eſt.

Ad II.

Ad II. Sanctitas Verbi tribuit quidem humanitati incapacitatē imperfectionis moralis poſitivæ, ſicut & peccati, quia hujus incapacitatis capax eſt humanitas: ſed non tribuit incapacitatem imperfectionis moralis negativæ, quia hujus incapacitatis incapax eſt humanitas, utpotè cum habeat potentiam operandi meritoriè, quæ potentia non ſtat cum determinatione phyſica ad actus perfectiſſimos. Eadem tamen ſanctitas Verbi reddit DEUM incapacem omnis imperfectionis moralis etiam negativæ, quia omnes act⁹ Divini neceſſario ſunt æquales in perfectione morali propter ſuam infinitatem, ut ſupra dictum eſt Quæſt: 1. art: 5. nec DEUS habet potentiam operandi meritoriè.

Articulus IV.

Vtrùm Chriſtus Dominus ſibi meruerit gloriam corporis, & nominis exaltationem, alijs verò omnibus creaturis omnia dona gratiæ, & gloriæ?

VIdetur I. quòd ſibi Chriſtus non meruerit gloriam corporis, quia hæc ipſi debebatur ex natura rei, titulo viſionis beatificæ, quā ſibi Chriſtus non meruit. Qui autem non meretur antecedēs, nec etiam

meretur Conſequens, quod ex natura rei ſequitur ad antecedens, puta qui non meretur ignem, non meretur calorem.

II. Videtur Chriſtus non meruiſſe Angelis gratiam & gloriam; nec primis Parentibus juſtitiam originalem, & primam gratiam datam ante peccatum. Quia ut dictum eſt ſupra Quæſt: 3. art: 3. Chriſtus non eſt præfinitus ante Angelos, & ante peccatum Adæ: ac proinde non præexiſtebant abſolutè in mente DEI merita Chriſti ante decretam gratiam & gloriam Angelis, nec ante decretam Adæ primā gratiam. Eſt autem de ratione meriti ut ſic, ut præexiſtat abſolutè in mente præmiantis ante voluntatem præmiativam, quia meritum eſt motivum, & cauſa moralis præmij, ac proinde mediante cognitione ſui ut exiſtentis, inducit voluntatem præmiativā. Non ergò meruit Chriſtus Angelis gratiam, & gloriam, nec Adæ primam gratiam, uti ſentiunt Vaſqu: de Lugo, Arriaga.

III. Immò nec videtur Chriſtus antiquis Patrib⁹ quidquam meruiſſe; alioquin priùs extitiſſet præmiū; quàm meritū hoc autē repugnat, quia nulla cauſa præter finalē exercet ſuā cauſalitatē, priùsquā in ſe

intrinſecè

trinſecè exiſtat: & meritum eſt cauſa præmij diſtincta à cauſa finali.

IV. Videtur ſaltem Chriſtus non meruiſſe B. Virgini Maternitatem, quia hæc eſt cauſa exiſtentiæ Chriſti, & conſequenter meritorum ipſius: jam verò *principium meriti etiã mediatũ non cadit ſub meritum.* Et hoc ipſum probatur dupliciter. Tùm quia aliâs daretur mutua cauſalitas inter duas cauſas, requirentes ad cauſandum exiſtentiam realem, (quales cauſæ ſunt efficiens & meritoria;) cùm tamen inter hujuſmodi cauſas etiam mediatas repugnet mutua cauſalitas; alioquin meritum dependeret à ſua cauſa efficiẽte mediata, quia eſſet effectus ipſius naturâ poſterior; & non dependeret, quia eſſet cauſa meritoria ſuæ cauſæ, naturâ prior. Tùm quia de ratione meriti eſt, ut ſit allativum lucri reſpectu merentis: Si autem operanti pro præmio daretur principium meriti, jam præhabitũ ab operante ante meritum, certè operans per tale meritum nihil lucraretur, & perinde ſe haberet reſpectu illius remuneratio, ac ſi non eſſet. Augetur præterea difficultas, quia Maternitas B. Virginis includit actionem productivã Chriſti: Unde ſi Chriſtus meruit Virgini Maternitatem,

tem, eo ipſo cauſavit meritoriè ſeipſum: non enim aliter cauſatur aliquid, niſi cauſatâ actione productivâ ipſius.

RESPONDETUR. *Certum eſt quòd Chriſtus Dominus habuerit omnes conditiones ad meritum condignum requiſitas, nempè ſtatum viatoris, ſanctitatem, libertatem, item arduitatem, & honeſtatem ſupernaturalem in ſuis operibus, ac demùm promiſſionem* DEI, *meritum ordinantis ad præmium. Quæritur ergò hic quid ſibi, quid alijs, quando, & per quos actus meruit de condigno?*

PROPOSITIO I. *Sibi non meruit de facto Chriſtus* (quidquid ſit de poſſibili) *unionē Hypoſtaticam.* Ratio eſt, quia alioquin deberent admitti aliqui actus meritorij Humanitatis, naturâ priores unione Hypoſtaticâ, quam meritoriè cauſarent. Tales autem actus nulli fuerunt: quia humanitas non terminata per ullam ſubſiſtentiā, operari non poteſt ſaltem ex natura rei; cùm ſubſiſtentia ſit conditio requiſita ad operandum.

PROPOSITIO II. *Chriſtus non meruit ſibi gratiam habitualem, nec gloriam eſſentialem*, imò ut probabiliter docet Aldrete neutrū mereri potuit etiam de potentia abſoluta. Ratio eſt, quia ut dixi Art: præced. Chriſtus eſt

ſtus eſt eſſentialiter incapax imperfectionis moralis poſitivæ; qui autē mereri poteſt ſibi gratiam & gloriam eſſentialem, eo ipſo eſt capax imperfectionis moralis poſitivæ, quia eo ipſo poteſt liberè omittere actionem meritoriam gratiæ & gloriæ eſſentialis, & ſic poteſt liberè non cōſequi finem ultimum: jam vero imperfectio moralis poſitiva conſiſtit in impedimento, vel periculo voluntario conſequendi ultimum finem: ſiquidem juxta D. Thomā, perfectio uniuscujusq; ſumitur ex fine, ad quem deſtinatur.

PROPOSITIO III. *Chriſtus non meruit ſibi auxilia congrua ad bene operandum.* Eſt contra Mart: Perez ſed probatur: quia hujusmodi auxilia fuerunt ex natura rei debita Chriſto titulo unionis, & titulo viſionis beatificæ, nec fuit neceſſitas ea pro aliquo tempore denegandi, ſicut fuit neceſſitas denegandi gloriam Corporis, quam proinde ſibi Chriſtus meruit.

PROPOSITIO IV. *Meruit ſibi Chriſtus gloriam corporis, & nominis exaltationem.* Id enim ſignificā tmulta Scripturæ teſtimonia, & præſertim illud ad Hebr: II. *Videmus* IESUM, *propter paſſionem mortis, gloriâ & honore coronatum.*

Digitized by Google

PROPOSITIO V. *Meruit de cõdigno omnibus Angelis & hominibus quandocunq; exiſtentibus, omnia dona gratiæ, & gloriæ:* ac proinde meruit B. Virgini Maternitatem, & primis Parentibus juſtitiam originalem, & primam gratiam antè peccatum, ac deniq; Angelis omnem gratiam & gloriam, prout docent Suarez, Valētia, Ruiz, Granado, alijq; quos citat, & ſequitur Aldrete diſp: 83, Sect: 1. Ratio eſt, quia hæc dependentia omnium donorum gratiæ, & gloriæ, à Chriſto tanquàm à fonte, & cauſa prima univerſali meritoria, ſpectat ad excellentiam Chriſti. Ergò cùm non repugnet, negari non debet Chriſto: præſertim cùm in explicãdo Chriſti merito Scriptura utatur terminis univerſalibus, qui magis ſimpliciter accipientur, ſi extendētur ad omnia dona gratiæ & gloriæ, & ad omnes creaturas rationales. Et ita ad Heb: II. dicitur: *Ut gratia* DEI *pro omnibus guſtaret mortem.* Et ad Coloſſ: I. *Pacificans in ſanguine crucis ejus, ſivè quæ in terris, ſivè quæ in cœlis ſunt,* id eſt tàm homines, quàm Angelos. Et ad Epheſ: I. *Inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt.* Suprà verò dicitur. *Benedixit nos omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto:* pertinet

tinet autem ad aliquam noſtram benedictionem ſpiritualem, & Maternitas Virginis, adeò nobis utilis, & cuſtodia Angelorum, quatenùs gratia, & gloriâ præditorum; ac proinde utraq; eſt ex meritis Chriſti. De Angelis certè multi SS. Patres ſentiunt id quod dicimus, ut uidere eſt apud citatum Aldrete Sect: 2. & 3.

PROPOSITIO VI, *Cæpit Chriſtus mereri ab inſtanti conceptionis,* ſeu ut loquitur Apoſtolus ad Hebr: X. *Ingrediens mundum.* Merebatur verò ſine ulla interruptione uſq; ad inſtans mortis intrinſecum excluſivè, in quo iam fuit extra viã paſſibilem. Hoc nimirum depoſcebat ſcientia ſupernaturalis per ſe infuſa, cujus uſum Chriſt⁹ ſemper habuit. Merebatur etiam per omnes, & ſolos actus liberos ſupernaturales: hi enim omnes, & ſoli actus, habebãt conditiones meriti, & erant proportionati præmio Chriſti: non tamen per ſingulos actus meruit omne ſuum præmium; ut conſtabit ex dictis ad 4. Dicitur tamen Chriſtus nos per paſſionẽ redemiſſe, quia hæc fuit conſũmatio & complementum meritorum Chriſti, ex voluntate DEI, & Chriſti, ut inſinuatur ad Hebr: X. *Decebat Authorem ſalutis per paſſionem conſummari.*

Ad I.

Ad I. Debitum ex natura rei, ſed ad tẽpus juſta ex cauſa dilatum, poteſt cadere ſub meritum. Talis autem fuit reſpectu Chriſti gloria corporis & Nominis exaltatio.

Ad II. Quando meritum eſt cauſa motiva voluntatis præmiativæ, (uti accidit reſpectu remuneratoris creati,) tunc neceſſe eſt priùs abſolutè videri meritum, quàm decerni præmium. At reſpectu Dei remuneratoris, meritum non eſt propriè cauſa motiva voluntatis præmiativæ, quia hæc eſt in omni genere incauſata, & à ſe, habetq́; pro motivo adæquato ſolam bonitatem infinitam eſſentiæ Divinæ, ut dictum eſt in prima parte cum D. Thoma, qui optimè dixit: Deus *vult hoc eſſe propter hoc, ſed hoc non propter hoc vult:* id eſt Deus vult ut una creatura ſit propter aliam, ſed iſtam ordinationem vult, non motus à bonitate creaturæ, ſed à bonitate ſuæ eſſẽtiæ. Unde non eſt neceſſe, quod Deus priùs etiam virtualiter intrinſecè viderit Chriſtum, ejusq́; merita, quàm decreverit dare gratiam, & gloriam Angelis, vel primam gratiam Adæ: ſatis enim fuit, & vidiſſe merita Chriſti, & ſimul decreviſſe dare iſtud præmium, ordinando merita

Chriſti

Chrtſti ad præmium, tanquàm ad finem, & viciſſim ordinando præmium ad merita, tanquàm ad cauſam moralem præmij. Itaq; reſpectu Divinæ voluntatis præmiativæ merita Chriſti ſunt mera conditio ſine qua non; reſpectu tamen præmij exercent cauſalitatem moralem, quæ in hoc conſiſtit, quòd merita Chriſti habentia intrinſecam proportionem cum præmio, & in ſe ipſis exiſtentia, mediante Divina cognitione & volitione, quàmvis incauſata à meritis, inducant ſuum præmium, cujus propoſitione motus fuit Chriſtus ad merendum. Quare cum dicitur: Deus *vult dare præmium propter meritum*, ly *propter* non dicit cauſalitatem in actum Divinum, ſed tantùm in præmium. Addo tamen merita Chriſti poſſe dici motivum Divinæ voluntatis præmiativæ, æquivalẽter, & in ratione ſigni, quatenùs uidendo proportionem meriti cum præmio, ita certo dat Deus præmium, & ſignificat ſe dare, ac dat voluntas creata mota à merito.

Ad III. Hoc eſt peculiare in meritis ſimpliciter infinitis, (qualia ſunt merita Chriſti,) quòd cùm non poſſint ſufficienter compenſari poſt exhibitionem ipſorũ

in ſe

in ſe ipſis, poſſunt exigere ſolutionem anticipatam apud Deum, à quo certiſſimè prævidētur, ut futura abſolutè ut hoc modo retributio, quæ meritis talibus non poteſt dari æqualis, detur minùs inæqualis. Adhuc tamen cauſalitas meritorum Chriſti differt à cauſalitate finali, quia finis movet ut cognitus poſſibilis, merita autē exercent ſuam cauſalitatem in præmium, ut certò prævisa futura abſolutè.

Ad IV. Miſſis varijs reſponſionibus, earumq; impugnationibus, quæ videri poſſunt apud Cardinalem de Lugo diſp: 9. & apud Aldrete, dico cum eodem Lugone, Chriſtum quatenùs cum ſuo aliquo merito præviſum à Deo tempore paſſionis, (quo tempore conſervabatur per actionē à ſolo Deo procedentem,) meruiſſe Maternitatem Virgini, à qua tunc non pendebat etiam mediatè, utpotè tunc non conſervatus à Deo ex eo, quia fuit conceptus & natus ex Virgine, cùm potiùs mori tunc non ſemel debuerit, juxta exigentiam cauſarum ſecundarum. Poteſt nimirum fieri, ut id quod modo eſt cauſa, in alio tempore ſit effectus reſpectu ejusdem, dummodo non detur mutua dependentia etiam mediata pro eodem inſtanti: & ita calor,

calor, qui nunc producit formam ignis, poſtea conſervatur ab ipſa. Porrò actus ille meritorius, quo Chriſtus meruit Virgini Maternitatem, attulit Chriſto aliquod lucrum, nempe in genere cauſæ Meritoriæ dependẽtiam Maternitatis à Chriſto; & conſequenter gratitudinem Virginis amoremq; ſpecialem erga Chriſtum. Quamvis verò in Maternitate Virginis includatur actio productiva Chriſti, adhuc tamen Chriſtus non meruit exiſtentiam ſuam, ſeu unionẽ Hypoſtaticã, quoad ſubſtãtiã quia hæc fuit decreta à DEO, independẽter à meritis Chriſti, ſolùmq; intuitu meritorũ Chriſti DEUS decrevit, ut potiùs B. Virgo, quàm alia fæmina eſſet Mater ipſius, utq; per hanc potiùs actionẽ pẽdentẽ ab hac Virgine, produceretur exiſtentia Chriſti. Quomodo autem Chriſtus tempore paſſionis merens, ſuum meritum applicaverit pro obtinenda Maternitate huic Virgini, ex qua jam videbat ſe natum eſſe, eadem eſt difficultas cum illa, quomodo Chriſtus applicuerit ſua merita ad obtinendam gratiam antiquis, quam jam videbat illis datam eſſe. De quo dicetur Quæſt: 6. de B. V. Art: 2. Hæc interm ſufficiant de Verbo Incarnato, quod ita

mutoru

mutorum linguas in laudem ſuam facit diſertas, ut tamen ſilentio potiùs velit adorari, quàm longiori inacceſſæ Majeſtatis Scrutinio.

FACVLTAS

R. P. Provincialis Soc: IESV per Poloniam.

Libellus, cui Titulus, Quæſtiones de Verbo Incarnato, P. Ioannis Morawſki, ut reimprimatur, concedo facultatem.

Cracoviæ 20 Febr. 1683.

Stanislaus Branicki
Societatis IESV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

5-3-6

Digitized by Google